


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
31 D
1

34 L.

EMPYREA

STELLARVM DVODECIM

CORONA,

SIVE

DE ILLVSTRIVM RELIGIONVM

PATRIARCHIS

Mysticum Sertum duodenarium

OPUS

I.V.D.D. INNIACI OVENTOSCANA N.C.A.

MO.
REV. P.D.D. INNOCENTIO LEMASSON

S. ORDINIS CARTUSIANI GENERALI MERITISS.

Indicibus necessariis.

NEAPOLI, M.DC.LXXXII.
Apud Castaldum Typographum Reg. Sumptibus D.I.C.
Superiorum permissu.

1818

LEO TIXIER: IOANNES PEGON: INNOCENTIVS LE MASSON:

TRINITAS GENERALIUM.

Elogium.

LEO Rugiet: Quis non timebit?
Catulus LEONIS Ille,
LEONE Fortior vindicatus :
Validiori tonantis sua vocis rugitu, rugitum LEONIS
prostituens Præcessoris,
Præpotens LEO.
LEONE fortior Quisquam?
Unus
IOANNES PEGON, vita functo LEONI
Proximus
Ad Orbem Cartusianum Athlanteis humeris sustentandum,
Datus successor.
LEO Fortissimus Bestiarũ: ejus ad occursũ Quis nã perstabit immotus?
IOANNES Solus:
Novus quidem rufus in orbe David:
Incomparabili sui Bracchii fortitudine, vasa Vincti diripiens Fortioris.
Athlanti, ergò, Quis exæquabitur ultra?
Unus Alcides.
Pegonio? INNOCENTIUS Solus:
Sol dudùm exortus Orbi Cartusiano.
Athlantis senio Nervositas non nisi fortior suffici necessum erat Alcidis:
Alcidem Orbis Fortiorem habuit, post Athlantem;
INNOCENTIUM, post Pegonium, sustinemus Nervosiorem.
Clavam, ergò, habens, & Clavum,
Corripe & solare:
Virga tua, & Baculus tuus, ipsa nos Consolantur;
Ipsis tutamur.
Vivat Prosperè; Procedat Fœlix, & Regnet, QUI Nobis, non Sibi,
Vivit in Regno.
Collimabat C.I.
1675.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano, sub die 23. Januarii 1681. fuit dictum, quod Rev. P. Ant. Rossi Soc. Jesu revideat, & in scriptis referat eidem Congreg.

S. MENATTUS. VIC. GEN.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.

EMINENTISSIME DOMINE.

IUssu Eminentiæ Vestræ legi Empyreum Speculum Marianum, & Coronam Empyream Patriarcharum Doctoris Inniaci Oventoscana, & nihil in eis reperi, quod sanæ doctrinæ, aut bonis moribus repugnet, quare, nisi secus videbitur Emin. Vestræ, poterit eorum impressio permitti. Ex Collegio S Joseph Soc. Jesu 8. Martii 1681. Eminentiæ Vestræ.

Servus. Humiliss. & Addictiss.
Antonius Rossi Soc. Iesu.

IN Congregatione habita coram Eminentiss. Dom. Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neap. fuit dictum, quod stante supradicta relatione Imprimatur.

S. MENATTUS VIC. GEN.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

ANtonio Bolifon ha da stampare due libri i titoli de quali sono *Empyreum Speculum Marianum*, e l'altro *Corona Empyrea Patriarcharum Doctoris Inniaci Oventoscana* supplica l'Eccel. sua comandar che si rivedano, e'l haverà à gratia *ut Deus.*
P. Carolus Casalecchius Soc. Iesu. videat, & in scriptis referat.

CARRILLO REG. CALA REG. SORIA REG.

Provisum per S. E. Neap. die 10. Martii 1682.

Mastellonus.

EX mandato E.V. vidi librum, cui titulus est, de Illustrium Religionum Patriarchis ab V.J. D.D. Iuniaco Oventoscana conscriptum, & ut opus magna pietate, & eruditione refertum, & nihil continens quod Regiæ Jurisdictioni adversetur, dignum esse Typis Censeo. Neap. die 15. Mensis Decembris 1682.

P. Carolus Casalecchius Soc. Iesu.

Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione servetur Regia Pragm.

CARRILLO REG. CALA REG. SORIA REG.

Provisum per S. E. Neap. die 17. Decembris 1682.

Mastellonus.

REVERENDISSIMO PATRI


D. INNOCENTIO LEMASSON

S. Cartusiani Ordinis Generali Meritiss.

IOSEPH CANALE

CATHOLICI REGIS CONSILIARIVS

S. P. D.



N, ut velo contectus humilitatis (revelare quippè Contractum;injuria: Reverendiss. Pater) en inquam Vnus ex tuis, me lucem, vi simul & arte, sibi arcu valido comparante, Gloriosus ac luminosus apparet. Abnuit jammodò humilis, mihique interdiù restitit compellenti; Mundo ut suas præberet tandèm mercimonias expetenti; Notus ubi jamdudùm erat à juventute: nè confossi talenti (Mundo ipsissimo antè Tribunal conquerente) ad ipsa computa taxaretur. Ast precibus cernens non emolliri, Quem Professio jàm reddi-

didit Adamantem : ad artes quales quales ministraret ingenium , recurrere pertentavi . VENI , VIDI , VICI: Ope tamen Parthenopei usus Cordati. Furto enim abripui innocenti, quæque potui Nati tui,mihi intimè vincti, jàm denegata pluries iteratò Monumenta litteraria. Nè autem furti sim reus, Qui fures plecto , justitiam regens & æquitatem;Quod Tibi Parenti ejus optimo , optimo planè jure, dicatum novi; (abs te iterum non abrepturus injustè , quæ calamus INNOCENS INNOCENTIÆ dedicavit) Tibi opus cùmprimis reddo PATRIARCHARVM , Qui vel Patriarcha justitià dici potes tuæ Illustris Religionis (Idem enim , ex Cordatis , Pater ac Patriarcha:) vel Patriarchæ Sanctissimi Speculum & Exemplar. Excipe,Reverendiss.ergò Pater, & Respice : lumina & ipsa mihi protendens salubriora: ut ex utroque lætemur. Neap. ex nostris Ædibus 1.Maii 1682.

EI-



E I D E M

REVERENDISSIMO PATRI CORONÆ AVCTOR

Fauſtitatem deprecatur.



Vi nàm aptiùs, Reverendiſſime Pater, hæc poterunt Glorioſa, quæ luſtravimus PATRIARCHARVM Geſta dicari, niſi Tibi, Quē & Meritorum Dignitas, & Eminentia Gradus, & Morum Innocentia, Orbis Luminaribus hiſce, in quantùm Mortalitas ſuſtinet ipſa, ſimillimum reddunt, & Coęquæum? Tibi, inquam, Cartuſiani Orbis hujus Fulgentiſſimum Lumen, Inoccidua Orbis hæc Luminaria, jurè quidem optimo, aptari neceſſum erat, Qui Vnus in millibus Iuda lumine ditior numeraris. Quid ni, lucidum forſan quo obſignaris, ad id me movet Nomen, ut hoc fortaſſis obliterato, nitidiſſima qua veſtiris luce priveris? Quàm Multi (perappoſitè Claravallenſis effatur) quàm multi ſuperlucido IESVS nomine fuere primitùs conſignati: num omnes itidèm Salvatores ex nomine? An non vacuis omninò gloriantur vocabulis, Qui male affecto Orbi ſalutem haudquàquam valuerũt afferre? Solus porrò Lucifer noſter IESVS, Salvator: Solus ipſe Redemptor: Solus Sol Iuſtitiæ verus, mundo ſalutem attulit morienti: Qui lucem ſolus, Medelam, Cibum, Rè, effectu quidem, & veritate, in ſuo ipſe tantùm Salva-

to-

toris Nomine prçfetulit. Nomina (non me dictū latet Angelici,) rerum sepè proprietatibus correspondere; (uti quidē in simili, de quo modò loquimur nomine, Ecclesiæ Clauum Regentis INNOCENTII nominis hujus XI. undiq; radiātia, nomine ominante, laudabilia testantur facinora) nè in iisdem, ominatione frustraremur, omninò. Sed oh utinam! Omnes quot quot censemur hoc nomine, haberemus abundè undè ex vocabulo gloriari. Tu verè, Pater Reverendiss., tu justitià gloriaris ex nomine: ni velimus veraciori themate indubitantèr asserere, Nomen ipsum, ex gloriosis tuis Actibus luculentiùs gloriari, quàm ubì Lucis foret Characteribus consignatum.

At nè mihi, in his mediocritèr differendis, impossibile transfretatu Océanum parem vastissimum, Tibi verò umbram potius, quàm lucem, atris hisce coloribus, superaddam; mihi consulens, tibi parcens: Hujus (iterum atque iterùm rogo) quæ tuo nunc ultrò datur umbraculo protegenda, Stellarum lubens Patronus esto CORONÆ: meæq; devotionis obsequium, vile tametsi, omnigenaque dignum despectione, prompto excipe vultu: memor, nec vilissimas Arietum pelles, nec Caprarum itèm despicabiles pilos, ubi non nisi Aurum, Argentum, Gemmæ, pretiosioraque cætera omnis generis ornamenta certatim offerebantur, apud Magni nominis Moysen in despectum venisse: quin eò forsan accepta gratantiùs, quò sæculis posthæc subsequentibus, cunctis Ditior Regibus, Rex Regum ipse, ac Dominus Dominantium, Magister Sapientissimus IESVS Pauperculę illius Viduæ despicabilia duo illa minuta, ditissimum licet ejusdem Patrimonium, libens porrò, vultuque plurimùm hilari, indèque, præ cæteris ingentiora offerentibus, elaturus ac laudaturus excepit: ut ex accepto tantæ dignationis honore, & Ipse indigus posthàc habeam undè copiosiùs gloriari. Tuis interim ditionibus resignatus, hic Neap. me subsisto: pridie Kal. Septembris.

AN-

ANTELOQVIVM AD LECTOREM.

EN, Candide Lector, post Virgineum Immaculatæ Speculum, Illustrium tibi modò Religionum Patriarcharum Gloriosa proponuntur facinora; ut Qui in Virgine Deipara portentosa dudùm es admiratus magnalia, non cesses posthac in Orbis Luminaribus hisce Summi Patris mirabilia speculari; ut Gloriosum subindè Compradices & Admirabilem, Quem mirabilem, semper & Gloriosum in Sanctis prædicat Cythardus.

Priusquàm autem, quod submittitur perlustrandum, Opus aggrediaris; de pauculis quibusdam monitum te vellem, Amice: nè fortè, ubi esse mihi deberes Vindex, Censor evadas.

Duodenarium, sub Stellarum totidem Symbolo, in hac nostra Corona numerum perstrinxi Patriarcharum: tùm quia Duodecim priscis illis temporibus, ex Abrahæ insigni stipite, Gloriosos habuimus Patriarchas: innuente scriptura: Erant autem Filii Iacob duodecim: tùm quia duodenario itèm stellarum numero, ex Ioannis Apocalypsi, Credentium Mater nostra Coronatur Ecclesia: & in capite eius Corona Stellarum duodecim. Principes illi Gentium extiterunt, ac Populorum: Principes, Gentes innumeræ, Populi multi suos modò vindicant Istos. Genes. 35. 23. Apoc. 12. 1.

Stellis coronabatur mulier illa mystica, ad ostentationem Potentiæ, ac decoris: Decorem, & Fortitudinem nostra hæc Mater induit, ubi stellas has lucidissimas sustinuit Coronantes. Et Dinam Iacob Pater habuit, & fortè Progenitrices multorum Natas alias; quas tamèn scriptura reticet; duodecim tantummodo Patriarchis filiis nominatis. Habet fortè Filios alios, Populorum Parentes Mater Ecclesia; & tamèn, absque Cæterorum iniuria, duodecim Hos insigniores prædica[illegible] exaltatos.

Quorum quidem gloriosis Communitatibus, ac si verè
Ps. 44. 11. *varietate circumamicta, Vestem Orbi Ostentat undique deauratam.*

Nè mireris itàque, Lector, si Filius ipse minimus Matris meæ, sensum in id ipsum Genitricis sequutus, Duodecim tantùm, ex Multis fortè Aliis, quibus Ecclesia decoratur, præostenderim Patriarchas. Duodecim Patriarchæ, Filii sunt Iacobi: Duodecim Stellarum Coronam in illius Capite Matris, Videns Evangelista revelat. Quid ergò? Nolui duodenarium præfixum numerum præterire.

Quò ad verò ordinem, scias velim; non meæ fuisse intentionis, vel Alteri Horum Quemquam præferre; vel Cõmunitatibus institutis schisma Prælationũ inducere; Qui tantùm ordinem antiquitatis, qua floruere, secutus; (fide in id præstita Auctoribus dignioribus) nullatenus habui de cætero, quid me in bisce controversiis intromitterem; Ecclesiæ in omnibus, juridicis dispositionibus me submittens.

Eliam Patriarcharum posui Primicarium; tùm quia tempus tempestatis, qua viguit exposcebat; tùm quia talem reperi apud scriptores Antiquiores. An verò Patriarchatus ejus adhùc vigeat in His, Qui à Carmelo, ubi Princeps Filiorum floruit Prophetarũ, Nomen, Constitutionesque sumpsere; nolo judex fieri, nè obstupescam: Omnia linquens pro ut sunt apud Cæteros in probatis.

Baptistæ, post Zelotem, Principatum cæterorum dedì Patriarcharum; nec timeo ob id inciderim in commissum Principem enim longè me Digniores vocant Eremitarum, Patriarcham absolutissimum Monachorum; Quorum Ordinem omnem, ab ipso exordium sumpsisse, non dubitatur.

Basilius, Primus Monasticarum regularum inscriptor, justitià Ipse sibi vendicat suprà Cæteros Principatum:

tum:

tum: sed nec abs re, Symbolicæ vitis tributum nomen fætosæ, vindicamus ex Textu; cùm sub Ipso, & ex Ipso, Communitates sub Regula Cenobiticorum occæperint dilatari.

Augustino Salis convenit nomen, dùm & Sal verè extitit Sapientiæ; & orbem, nè putresceret, multiplici industria, Sapientia, laboreque, condivit.

Benedictus, Secundus Abraham, Pater multarum Gentium, non injurià, datis vindiciis, comprobatur. Multæ enim Gentes, Populi multi ex ejus renibus prodiere. Decem præclaras habet Congregationes, Princeps ipse Præclarissimus Vnus: Quarum si vellem singulas depingere, vecors: & ars pingendi omnis evanesceret festinatò; & Colores ipsissimi non subsisterent; & temporis non suppeteret longum Æuum. Convenientiùs ideò, sub ipso uno Principe Omnes concludens (Olivetana, unicè per transennam, brevissimè adumbrata) Omnes sub silentio præterivi; quàm Omnes offendens incautus, Singulis singula non tribuere consignanda.

Romualdum, Filium licet Benedicti non ambigamus sua tamen thecula, ut infirmi potuimus, Collocavimus; dùm Divino prorsus afflatu à communi Cænobiorum exiens: Anacoretarum (constitutionibus traditis) Princeps peculiaris evasit.

Brunonem terno, præ Cæteris, effinximus coloratu: tùm quia, id tantum, quo vincimur, expetebat auctoramentum; tùm quia brevi, Ejus facinora singula, dictione concludi omnimodò non valebant.

Dominici, & Francisci sicuti una fuit ætas, Ardor unus, unica in Ecclesiæ libertatem, in tutamen Fidelium, in Hæreticorum dispersionem, in augumentum Religionis concors voluntas; ità Fratribus Charissimis ipsis eadem indivisè tribuere sumus conati: instituto licet Dominici Verbi debeatur disseminatio, quam Ipsi dedit &

Thema: Ego erò in ore tuo: Francisci verò Communitati Paupertas; quam ex Canonicis scripturis tribuimus congruenter.

Paulanus, non ex propriis sivè meritis, sivè Posteritate, sed ex propria humilitate minimus: exiguitatem humilitatēq; ipsam sibi Ipse vendicavit ex Text.

Thienæum, Clericorum sub Regula jàm devinctorum, Principem Mundus admirans: ex mirabilibus exaltavimus non ingratè.

Ignitus conclusor tandèm Coronæ, Orbis totius Parens, Ignatius Patriarcha Societatis; ex proprio, quo in instituta militum Christi comunione, officio functus est Vexilliferi, nomen adeptus; Thema sibi subscriptum habet; ex quo sectator.

Sicque Vnicuiq; Patriarcharum, ad propriæ tenuitatis mensuram, quod suum est tribuentes, Sanctis ipsis Principibus, ex miserrimo nostro penu obtulimus aliqualia; aliqualiter institutis eorum Communitatibus satisfecimus; nostramque ergà te, Lector Amice, obligationem devinctissimam demonstravimus.

Imitare itàque (in quantùm tibi suppetunt vires, in quantum Hominis valet ipsa fragilitas) imitare, Quos in exemplar, ac Speculum, abs me exculptos antè oculos habes Athlantes; nè fortè in vindictam perlecta Sanctorum Gesta tibi convertantur in die iræ. Multa offendes, quæ imiteris optima: multa, ex quibus tui forsan offendantur obtutus, ad portandum gravia: hæc mea esse; Sanctorum illa, memento. Nè autèm ex meis citò irascaris accensus; recordare amabò, quod non est, Qui non peccet; Qui non offendat, non offenditur Vnus. Non voluntati ergò, sed naturali ascribito quæso tenuitati, per quæ poteris conturbari: sed non est, cur veniam quantocyus non obtineam ex offensis, qui meliora non sustinens, nusquàm stylo gloriatus sum inoffenso. Id me tamen

pe-

perurget graviùs; nè Malo mihi, boni si quid comperies (Bonum licet ex Malo : miraculum) ascribere exciteris ex sensu. Absit, quod mihi vendices, Quæ Ejus omninò sunt, à Quo omne datum optimum, omneque donum perfectum, Bonaque ipsa cuncta procedunt; Quique dat omnibus affluenter, & non improperat. Bonorum ergò Datori, reddito Bonum: mihique mala semper ex malo parturienti, nè malum pro malo itèm reddas, Amice; sed mitis sustinens, Quem non excusantem admissa, sed admissorum experiris veniam deprecantem; compatere Sapiens, nè in posterum patiare correptus: noverim licet:

Multis qui servit, multos offendit; & Illum
Cunctis qui placeat, Fœmina nulla parit.

Vin-

Vindicibus Hisce Corona Stellarum Elucet.

Abraham Bzovius Ordinis Prædicatorum.
Alphonsus Rodriquez Soc. Ies.
Alphonsus Tostatus Episc. Abulensis.
Aloysius Lippomanus Episcopus Methonensis.
S. Ambrosius Mediol. Antistes Doctor Ecclesiæ.
S. Amphilochius Præsul Iconensis.
Andreas mendo Societatis Iesu
S. Anselmus, ex Bened. Archiepiscopus Cantuariæ.
S. Antoninus Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Florentiæ.
Antonius Caracciolus Clericor. Regul.
Arnoldus Bostius Carmelita.
S. Athanasius Patriarcha Alexandrinus.
S. Augustinus Hiponensis Episc. Doctor Ecclesiæ.
Aurelius Cassiodorus Monachus
Azorius Iuris Consult. Celeb.
S. Basilius Magnus Episcopus Cæsariensis.
S. Beda Presbiter Venerabilis Ord. S. Benedicti.
S. Bernardus Ord. Cluniac. Abbas Claravallensis.
S. Bonaventura Ordinis min. Conven. & Doctor Eccl.
Bullarium Summorum Pontif.
Caspar Vlemberg. Theologus.
Cæsar Baronius Cong. Orat. Cardinalis.
Clemens, hujus nominis Papa Tertius.
B. Dionysius RiKel Cartusian.
S. Ephiphanius Sala. Cyri Ep.
Eureta M: fusculus.
Florimondus Remond. Soc. Ies.
Francis. de Puteo Cartus.
Franciscus Suarez Soc. Iesu.
Franciscus Victorinus.
Franciscus Victon Minimitanæ Familiæ.
Glossa Scripturalis Ordinaria
Glossa Lyranensis.
Glossa Iuris Civilis.
S. Gregorius Magnus, Bened. Papa, & Doctor Ecclesiæ.
S. Gregorius Nanzianzi Ep.
Gregorius Lombardelli Cons. S. offic. Senar. Ord. Prædic.
Guigo Cartus. Ord. Generalis.
Guilhelmus Bibauci ejusdem Ordinis Generalis.
Henricus Engelgrave Soc. Ies.
Hermias Sozomenus Eccles. historicus.
S. Hieronymus Presb. Cardina-

nalis, ac Doctor Ecclesiæ.
S.Hilarius Arelatensis Episc.
Hugo de S.Victore Canon.Reg. S.Augustini.
Hugo de S. Charo Cardinalis.
Iacobus Damiani Soc. Iesu.
Iacobus Salianus historic.
Io: Baptista Castaldus Cleric. Regul.
S. Io:Cassianus Monachus.
S.Io: Chrysostomus Patr. Constantin. Doct. Ecclesiæ.
Io Eusebius Nierimberg Societ. Iesu.
Io: Karamuel Benedict. Episc.
Io: Tarcagnota historic.
S. Ioan. Xiphilinus Patriac. Costantin.
Ioseph Hebræus histor.
S. Isidorus Pelusiota Monach.
Isidorus Hispalensis Theolog.
Iura Canonica, & Civilia.
Laurentius Surius Cartusian.
S. Leo Papa I. ac Doctor.
S. Macharius Monachus.
Matthaus Radero Soc. Iesu.
Melchior de Lacerda Episc. Toletanus.
Nicephorus Calista Xantopulus.
Nicolaus Lancicius Soc. Iesu.
Nicolaus Lyranus Ordinis S. Francisci.
S.Petrus Damiani Ordinis S. Benedicti Cardinalis.
S. Petrus Chrisologus Episcopus Ravennas.
Petrus Bercius.
Petrus Cluniacensis Abbas.
Petrus Marcellinus Orassi Abbas Olivetan.
Petrus Ribadeneyra Soc. Iesu.
Petrus Sutor Cartusianus.
Possidonius Episc. Calamensis.
Prosper Stellarius.
Secundus Lancellottus Abbas Olivetanus.
B. Theodoretus Episc.Cyri.
Theophilus Raynaudus Societ. Iesu.
S.Thomas Aquinas Or.Præd. Doctor Angelicus.
Thomas à Kempis Can. reg. S.Agustini.
Thomas à Iesu Carmelit.disc.
Thomas Bozius Cong.Oratorii histor.
Titus Livius historic.
S. Vincentius Ferrerius Ord. Prædicatorum.

PA-

PATRIARCHARVM THEMATA.

Deo Gratias, & Mariæ.

DI-



DIVINITATE AVSPICE,

EMPYREA

STELLARVM DVODECIM


CORONA

FOELICITER INCIPIT.

DE S. PATRIARCHA ELIA

Carmeli , Monasticique germinis totius Primicerio;

ZELO ZELATUS SUM PRO DOMINO DEO EXERCITUUM.
3. *Reg.* 19.10.



Rande Opus absque viribus ullis;ullis absque talentis; litteraturæ Phaleris suffragantibus nullis; nullis penitùs vel doctrinæ suffragiis,vel adminiculis oratoriis, vel verborum adjuvantibus lenociniis,tantillus aggredior Ipse. Grande quidem prorsusque importabile onus,despicabilis plurimùm adorior,ac despectus; imbecillitate tamen respecta homuncionis infirmi, viribus pensitatis imbecillæ meæ infirmitatis; Quæ ne dicam vastissimam hanc,manibusque spatiosam Ps.103.19. omnino, quam, Luce licet comite,Visus expers, Provinciam mox adire pertentat; sed nec angustissimam quidem, palmoque brevissimo metiendam, proprio explere valet Marte Pusilla: at ubi robur spectetur Ejus, ac virtus, Qui & Jobo teste, Job 9.19.

A Ro-

Robustissimus est: & virtutē refundit in omnes; Quiq; ut plurimùm ad quæque Grandia infirmiores mundi hujus eligere solitus est; ut Eligentis eluceat Virtus; Potentia, Imperium, ac
Apoc. 1. 6. Potestas, non executori vendicetur, sed Electori: utque confundat fortia (loquens cum Paulo) vilificet Sapiētes; ne quisquam
1. Cor. 1. 28. sit, qui coram eo possit efferri: si inquam Robustissimi, quo erigor, robur examinetur; & gracile opus expenditur, & onus
Judic. 7. 2. leve. Collimentur renovationis mundi hujus initia; quid quæsò vilius, quid infirmius, quid inter humanas facultates ineptius, Arte Piscatoria? & tamen, oh stupor! Ad supremum Prædicationis ministerium, ad Grande Opus Conversionis, ad onus Culturæ ingens, sapientibus spretis, ineptiores eliguntur, atque subsistunt. Quid, amabo, Petro infirmius? Quid Petri,
Matt. 11. 30.
Matt. 4. 21. Andreæ, Jacobi, Joannis; qui nonnisi diffuta tantùm noverant reficere retia, ut exiguum inde victum quærerent vitæ suæ; Quid aliorum ad Apostolatus fastigium evectorum, infirmitate contractius? & tamen ad Ecclesiam ubique terrarum fundandam, stabiliendam, suis humeris sustentandam (mundi percalcatis Potentioribus) infirmitatem horum novimus ante sæcula prælectam; ne glorietur omnis caro in conspectu ejus.
Ps. 112. 7. Si igitur suscitare de pulvere Egenum, Pauperemque de stercore elevare, Omnipotentiæ virtus, ac robur est: si sublimes deprimere, depressos erigere, Potentes deponere, Infirmos exaltare, humiles extollere, superbos vilificare, confundere sapientes, Insipientibus sapientiam ad effluvium dilargiri, extenti
Luc. 1. 52.
Deut. 5. 15. Divinitatis Brachii esse methamorphoses comprobantur: ut quid incępto desistam, insipientia territus, detentus infirmitate? Esto, quod Puteus altus sit, nec habeam Pusio unde hauriam Aquam: nonne Qui situlam impertitur, Quique virtutem dilargitur, ac robur, Altior, ac Potentior est? Qui id ambigit, Augustino, *a* ex Jobo teste mentitur.
Joa 4. 11.
Job. 35. 5

Illustrium itaque Religionum, Pusio tametsi, ac infirmus,
Ps. 114. 4. Divitem mecum habens, ac magnum, exordiar gesta Patriarcharum; à Primicerio filum protendens, Elia SS. Patriarcha;
Matth 13. 46. Quem primam omnium absconditam Mundo hanc pretiosissimam Margaritam revelasse, non dubium. Aggrediar porrò, exequar, & explebo, Te Rectore, te Duce, Deus meus, & omnia; Te-

a *Ser. 40. de ver. Domini.*

Teque Fautore, opus hoc Grande, quod te inspirante, ut tua retia impleantur, dudùm mente concepi, exoriar, & absolvam; Te mihi in id suppetias necessarias ministrante. Has ergo Prov. 30.7. supplex exoro; ne deneges mihi; mihique verè misellulo, Sermonem, ac Fistulam benesonantem impertiri ne dedignare, Qui dives es in omnes, qui te invocant, Pater; ut incolume Rom. 10. 12. portem ad Portum, quod demandasti Opus. Sis & operis Tu Adjutrix, Tu Magistra, Tu Patrona, Maria; esto Tu Provinciæ subeundæ Directrix. Tibi causam meam committo: tu me tutare, ut sim tutus à malignantibus.

Ut autē merear exaudiri, immeritus; meritissimo te Gabrielis veneror salutantis Oraculo: Ave, promēs, Maria, Gratia Plena. Luc. 1.

Zelo zelatus sum pro Domino Deo Exercituum, loco prællegato. 3. Reg. 19. 10.

Impiè, ne dum temere N. N. omnium Primi Impii oppugnarunt hæretici Donatistæ, quos & ex recentioribus sequuti sunt non pauci, Monasticum antiquissimum Institutum, selectorumque sæculorum omnium hominum gloriosissimam, spectabilissimamque Communionem: uti nomina noviter, (ut ipsi vafrè asserunt, Judice Karamuele, *a*) in Orbe excogitata; neque in Codicibus sacris, sacrisque antiquarum litterarum Monumentis uspiàm recensita: quin imò nec à Christo Domino in Republica Christiana novum hocce, (totum autē ex ipsis) in cōmuni vivendi genus, autumāt institutum; sed casu, erroreque culpabili, post annos Redempti hominis tercentos, vel circa, sensim in Ecclesia introductum ab Antonio, Machario, Hilarione, Paulo, iisque similibus Novatoribus: ut suis hisce Monasticis ædificiis, ædificia Orbis subverterent universi. At non est, quid cum illis ampliùs contendamus, ut ex pravis suis dogmatibus, quales ipsi sint, Allatratores pessimè virulenti, convincantur: cùm & Sanctorum Patrum testimonia, & Conciliorum Decreta, & Pontificum sanctiones, & Authorantis Ecclesiæ sensus universalis, & Doctorum fermè omnium, ac Scriptorum egregia undique monumenta, has funditus, nervosè satis, dilucidèque, insulsas Inscitorum everterint pravitates, conculcarintque adeò, evellerint, eradicarint; ut nec ambigendi quidem cuipiam posthàc remaneat locus; à Christo omnium Domino nedum Religiosam

a Theolog. Reg. in reg. D. Benedict. lib. 2. disp. 9. n. 108.

Rempublicam, perfectiori fuisse themate in lege Gratiæ institutam; ut in propriis terminis edisserit bellè Karamuel, *a* sed ipsi coævam Mundo ftetisse, optimis semper institutis, legibus firmam, atque statutis: ut videlicet ab ipso Creationis initio novæ legis Perfectio adumbraretur Monastici status. Vt quid enim, justitià, poterat ex tunc perfecta vindicari Respublica, quæ Christi Domini Auctorantis perfectione carebat? Simulachrum itaque Perfectissimæ adumbrabat instituendæ, Christianæ videlicet; non ab altero quidem Magistro, quàm ab ipso omnium Diviníssimo Præceptore Jesu, qui initio præfiguratam, in temporum plenitudine consummatissimè, perfe-
Heb. 7. 19. ctissimèque complevit: Illo in id vindice, qui ait ad perfectum nihil adduxit lex: ideft nihil completè donavit perfectioni,
1. Cor. 10. 11. cum omnia quæque illis contingerint in figuris: ut veritas inde patefacienda roboraretur firmiùs, firmaretur.

Posthabitis itaque, & Vituperonum cavillationibus, jam attritis, & nominibus illis multiplicibus, quibus Sethiadum Cōgregationes fuere priscis temporibus insignitæ, quæ expendenda sunt, ne plurimùm remoremur in adminiculis, apud eumdem Karamuel, *b*, ad Sāctissimum, Pręclarissimumq; Filiorum
3. Reg 17. 1. Prophetarum devenio Cætum; quorum Princeps, Antesignanus, Dux, ac Præceptor, Elias ille Thesbites, tantò arctius Monasticum excoluit institutum, quantò præ cæteris spiritū severiorem, in subeundisque laboribus promptiorem, fortioremque sortitus est, & aptiorem; in tantùm, ut jure oculus dexter Reipublicæ totius Præclara sub Eo vigens Communio dictitetur; dum talem potita Patrem, qualem verum esse decebat Divini Cultus Zelotem; non poterat in omnigena non fundari Sanctimonia, asperitate, perfectione, quibus & communitates cæteræ informarentur, & Orbis pér circuitum illustraretur. Audiendus quidem Hieronymus, *c* qui admiratus effatur: Filii Prophetarum, quos Monachos in veteri legimus instrumento, ædificabant sibi casulas juxtà fluenta Jordanis, Turbisque Urbium declinatis, polentha tantùm, herbisque agrestibus victitabant. Sed unde Rivulis aquæ, nisi ex fonte? Unde discipulis optimum vitæ genus, nisi ex Præceptore? Unde filiis hisce Prophetarum tantus vivendi rigor, nisi ex Prophe-

a *Vbi sup lib. 3. disp 19. & seqq.* b *ubi sup.* c *Ad Rustic. Monach.*

pheta, eorumque ſeveriſſimo Patriarcha Elia? Non utique Tenellulę Plantationes auſterum hoc tenuiſſent vitæ genus, niſi Pater eorum Elias, eique ſuccenturiatus diſcipulus Eliſeus, firmiſſimis undique ſanctionibus roboraſſent: quin imò, nec rapto per currum igneum Elia Patre in Cęlum, Principi ſuccenturiato unanimi voluntate dixiſſent: *a* Ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis: eamus uſque ad Jordanem, & tollamus ſinguli de ſylva materias ſingulas, ut ædificemus nobis locum ad habitandum: niſi ſui animi firmũ porrò propoſitum, arctum videlicet Eliæ Parentis inſtitutum in eadem poſthàc Eremo excolendi, voluiſſent ſignificare. Cùm enim poſſent tantum prçcavere rigorem, Elia ſublato; parvas inibi ſibi caſulas ædificare curarunt; ut Nobis firmiſſimè jactum eorum ſodalitatis fundamentum, per Architectum Eliã, dilucidè revelarent; nevè & Eorum ipſum jamdudũ conſonis rationibus, inſtitutum Collegium deperiret. Verùm nec unum iſtud & fundavit ſolummodò in Iſrael Aſceterium, & informavit Elias ipſe Thesbites. Scriptoribus quippè teſtibus, multa quidem ac multa ſub ejus item Gubernio extitiſſe, non dubiũ: *b* Bercio, poſt Abulenſem *c* in terminis approbante, ubi ait: Non unum apud Jordanem, Eliam legimus Aſceterium inſtituiſſe, ſed multa per loca Regni Iſrael, in quibus Filii Prophetarum ſub uno verſabantur Præfecto, eadem utentes menſa, & Regula; Sobrii item degentes, & caſti, à matrimoniis abſtinentes, lectioni vacantes, ac meditationi plurimùm; afflatus captantes Divinos, revelationeſque Sancti Spiritus provocantes: hactenus ille: Ipſe vero jammodo noveram ex Scriptura, in Bethel propè Sichem, unum ex his habuiſſe, dum inibi, legi-
mus, Eliæ properanti occurriſſe Filios Prophetarum, interro- 4.Reg.2.3.
gaſſeque diſcipulum Eliſeum de imminente Hæri translatio- 7.
ne. In Hierico alterum; ubi ex eis quinquaginta ad ripam con- 4.Re.2 15.
ſtituti Jordanis, propriis ſpectatunt oculis Magiſtri evectio- 1.Re.12.4.
nem. In Galgala tertium, quod ſæpius in Regum Hiſtoria me- 4.Re.4.38. 3.Reg.18.
moratur. Quartum itidem in Carmelo, (probent hæc abundè 19.42.
ſatis aſſerta) ubi non modò Elias ipſe peculiarem ſibi, ſuiſque, habitationem elegit, domumq; orationi conſecratam ędificavit;

---

a *Habes apud Proſper. Stell. lib. 2. de Coron. & tonſur. cap. 14.* b *Berc. lib. de inſtit. vita Monaſt. 2. p. diſſer.* c *Conſul. Abulenſ. qu. 13. in 4. Reg.*

4.Re.4.25. vit;verum etiam & ejus discipulus Eliseus,qui eodèm ut plurimùm versabatur. Non abs re ideò doctissimus Salianus, *a* discessurum Eliam,discipulos ubiq; sub ejus Regula commorantes, his adortantem verbis inducit: Eliseo (dicens)secundum Deum obtemperabitis,Filii, Quicumq; vel in Carmelo, Bethele,Galgalis,Najoth,vel propè Jordanem, vel in Gabaa, cæterisq;locis,Divinæ militiæ,Religiosæq;professioni nomen dedistis. Quæ quidem Antiquæ legis Sanctorum Monachorum Regulæ, Statuta,Leges,Præcepta,Constitutiones, ac Instituta,sibi per Eliam Zelotem tradita,Nobisq;subinde novæ legis transfusa, Probatissimorum quamplurium Scriptorum monumenta testantur. Quos inter Joseph ille,Hebræarum rerum historiographus perinsignis, principem tenet locum; qui ait:*b* Ipsi,præter cæteros,(de Filiis Prophetarum sermocinatur)voluptates,quasi maleficia vindicabant:(en carnis,pœnitentiæ scorpionibus, castigatio:) Continentiam verò servare, neq; cupiditati succumbere, virtutem maximam ducebant:(hinc planè fluxæ carnis,per castimoniam,colligitur refrenatio;per humilitatem verò,restrictio:)nihil ampliùs inter eos Ditior fruebatur, Pauperiore;nihil Pauper defraudabatur Ditiore:(utinam & inter nos hodie & Paupertas,& distributio talis!)Omnia enim eis erant communia.(Habemus undè confundi plurimùm,ac revereri, ex antedictis;ex consequentibus verò,quid erit nobis?) Non vestitum, non calceum planè novum,nisi veteribus multùm attritis resumebant: commerciorum nullus penitus inter eos usus: Egentibus præsto semper, eandem ab illis beneficentiã relaturi.(Ubi Charitas, ubi Paupertas,ubi solitudo,ubi virtus talis in nobis?)Religionem mirificè coluere;frigida se quotidie abluentes.At inter vescendũ summum semper adhibuere silentium. (Bone Deus! num non admirabimur cuncti, qui Monachorum censemur nomine,ad hanc districtissimam vitæ Monasticę Austeritatem?)Non nisi probatę continentię homines ad suã recepere societatẽ.(Norma id idẽ sit Prelatorũ;dum & ad votũ hoc item attinet castitatis.) Ergo ne,dicet aliquis,& vota inter eos emittebãtur,uti modo fieri assolet inter nos?Hoc quidẽ nõ asserimus.At expẽdito,

a *Ad ann.Mundi 3159.in annal.Ecclesiast.vet.test.* b *Joseph.lib.2. de bello Jud.cap.71.*

dito,sed exporrectis auribus,quod subjungitur. Receptos autem magnis, ac magnis execrationibus obstrinxisse, se, Deum, Fidem,Justitiamque culturos: sævisque indè mulctabatur pœnis legum transgressor:cùm deprehensos in peccatis,ne cibum delatum caperent,sancita lege vetuerint. Hæc itaque,& similia,ad nostram porrò confusionem,de veteris instrumenti Monachis apud Josephum: Cujus quidem usus auctoritate sanctus Abbas Claravallensis, *a* Debbacchantium in monastica instituta, uti noviter in orbe introducta, vesana compescuit ora: Hæc,dicens,novitas non est novella vanitas:res enim est antiquæ Religionis perfectæ, in exemplo pietatis fundatæ. Antiqua quidem hæreditas Ecclesiæ Dei, à Prophetarum tempore præmonstrata. Et sanè undè ad novæ legis Monasticos, (urget Sãctus Isidorus Ispalensis *b*) studium sanctæ paupertatis defluxit;nisi ex antiquo veteris legis Gurgite? Quis hujus conversationis extitit Author? Cujus habitum imitantur Evangelici? Si vera, ut decet, velimus effari, quantum quidem attinet ad veterum scripturarum auctoritatem,propositi hujus PRINCEPS ELIAS, & discipulus ejus Eliseus fuere; postque eos, Filii Prophetarum,qui in solitudinibus habitabant. Unde & Hieronymus, *c* Monachus item sãctissimus,Principes suos adnominat, dicens: Noster Princeps Elias, noster Dux Eliseus, nostri Patres Filii Prophetarum,qui in solitudinibus, in montibus,& speluncis,& in cavernulis habitabant.

Ab hoc itaque sanctitatis perenni fonte, Elia,instituta omnia VIVENTIUM IN COMMUNI sub Evangelio emanasse, Pater ille monachorum Macharius *d* (ex Thoma à Jesu Carmelita discalceato) *e* haud veritus est affirmare:Geminum,dicẽs,Fontem agnoscimus,à quo monastica nobis instituta emanavere: Primum in lege veteri, Eliam Thesbitem: (en monastici Germinis totius, ut asseruimus, Principatus) secundum in lege Gratiæ, Joannem Baptistam; Alterum planè illum Eliam: hæc ille: Eliæ propterea zelo quotquot sumus Monasticen Professores,auctoramento tenemur: Qui zelo semper Divini succensus honoris,& vitæ asperitate, & victus sobrietate, & paupertate

---

a *Bern. ad Fratr. de Monte Dei Cartus.* b *S. Isidor. lib. 2. de Offic. ca. 15.*
c *Epist. 14. Paulino.* d *S. Mach. in Serm. ad Monachos sui temp.*
e *Thom. à Jesu de variis reg. carm. p. 1. c. 1. 51.*

tate vestitus, & solitudinis habitatione, & corporis castimonia,& custodia sensuum,& morum integritate,& humili conversatione,& intrepida demum, ac severa transgressorum Divinæ legis castigatione: zelans pro Domino Deo suo exercituum, Maximus Ipse Zelotes: perfectum utcumque nobis perfectissimi exemplum præbuit status. Nulla siquidem Prophetæ hujus eximii, Præclarissimique Patriarchæ actio, ex tot, quas Scriptura recenset, Igneum non commonstrat, non præsefert zelum ejus. Quid enim stupenda Cælorum (non ignobilis Auctor quidam philosophatur, *a* ex Chrysostomo) annis tri-
3. Reg 17. bus, ac mensibus sex, sua oratione, quasi clave, strictis occlu-
1. 18. 18. sio? Quid impiissimi Acabi intrepida increpatio? Quid ignis
38 40. è Cælo, tum ad Sacrificii consummationem, tum ad Perduellium consumptionem, ardentioribus ipso igne precibus, evocatio? Quid quadringentorum Pseudoprophetarum justa mactatio? Quid Israelitarum, Filiorumque Prophetarum in Carmelum, ac in desertum convocatio? Quid denique (cætera reticens) victus, atque vestitus ejus, Brevitas, ac Pannositas, nisi zelum undique spirant? Zelo siquidem Divini funditus repletus honoris, aliud non sapiebat omnino, aliud ejus conversatio non spirabat, quam zelum. Igneque propterea zeli hujus accensus, igne totum Orbem Peccantem omni ævo subvertere paratus erat Zelotes; ne novis humanum Genus fœdaretur sceleribus, nova veteribus cumulando; novisque per diem nexis
Psal. 31. 9. implicarentur, qui, non ad vivendum sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus; sed sicut rationabiles homines, ad Divinam imaginem efformati, optimè Deo serviendum, eique in tempore, & in æternitate, adhærendum; ut perfecta, perennique potirentur fœlicitate. *c* Expendamus Chrysostomum arridentem, ubi ait: Ego novi zelum tuum; (Eliam alloquebatur zelantem) grata est mihi anima tua; (accipe animam, pro voluntate) veruntamen quia peccatores, ob zeli nimietatem, in terris ferre non vales, ascende superiùs, curru evectus igneo, quasi in Cælum. Si enim diù tibi manendum esset in terris, propè diem humanum Genus, quod à te continuè plectitur, aboleretur.

Ze-

a *Habes apud Chrys. in serm. de Elia to. 1.* b *Consule Thom. à S. Ioseph in lib. de Patr. Eli. praem.* c *Chrysost. eodem serm. in Eliam.*

Zelum itaque omni tempore, ut prædiximus, spirans Elias,
Zelum ipsum suum implere incunctanter meditabatur impen-
sè; quin per zelum, Domino Deo suo placere tota studens vir-
tute, in illum plurimùm insistebat Zelotes. Factus propterea
(zelum, quem corde gestabat, opere, & effectu mundo patefa-
cere volens, *a*.) Elisæi, Jonæ, Filiorumque Prophetarum
Dux, ac Præceptor; Orbem, in vitiorum fœce miserabiliter
adjacentem, per Monasticæ perfectionis statuta, relevare co-
natus est. Quod quidem, ad suæ mentis propositum, in-
genti adeo utilitate est prosequutus; ut Principatum, jure op-
timo, Monachismi meruerit obtinere. In quod collimans de-
prædicatus ille Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcha Joan-
nes *b*, ex ejus stemmate Nepos, hæc deprompsit: Hic (dicens)
Propheta Dei Elias, Monachorum Princeps primus extitit;
dum ab eo Sancta eorum sumpsit exordium institutio. Ipse
siquidem obtentu contemplationis Divinæ, & desiderio subli-
mioris profectus, ab urbibus recedens, se ipsum terrenis
cunctis exuens, & mundanis, Religiosam, & Prophetalem
Eremiticam vitam, Primus hominum ex proposito, ducere
cœpit, atque docere: Quam, Sancto dictante, ac mandante Spi-
ritu, inchoavit, instituit, patefecit, Posterisque adimplendam
mandavit. Hæc inter alia doctus ille. Ut quid ergo non ad-
mirabimur ipsi, atqui ad pusillum modulum nostrum tanti
Patris, ac Patriarchæ zelum non imitabimur, qui ex lege te-
nemur? Nonne speculum, & exemplar se nobis ipse præbuit,
quem sustinemus, ut per ipsissimã imitationẽ vestigia Ejus pre- *Iob 23. 11.*
mamus? Ut quid tota die insistimus otiosi? Num requiem *Matt. 20.7*
quandoq; animæ suæ feruẽtissimus hic sũmi Patris Minister est *4. Esdr. 2.*
impertitus, requiem posthac quæritans æternaliter duraturã? *5.4.*
Nõ urique; sed diu, noctuq; (põdus diei portãs, & æstus) laborãs *Mat. 20.*
semper impiger; Violẽtia Cælũ rapuit, ac virtute. Nos verò ut *12.11.12.*
quid in requiem prætendimus introduci; si Bellantes, ac Di-
micantes in Palestra modò, laboriosi, non desudamus? nonne *2. Macab.*
ad Patientiam nos provocat, & invitat perpessum ab Eo (ob *4.14.*
zelum Domini) diræ persecutionis martyrium? Qui in co-
dicibus id Divinis non novit, quid ipse norit, ignoro. Eja,

B per-

a *Consule Thom. à S. Ioseph de Patriarchatu Elia p.1. sc.5.* b. *Ioannes Patr. Constant. lib. de inst. Monachor. c.2.*

percontemur cursim, si lubet, Regum Historiam; inter cætera ibidem annotata Eliæ gesta, Quadringentos quinquaginta
3. Reg. 18. comperiemus, Prophetas Baal; Lucorumque item alios qua-
40. dringentos, uno eodem die, ob Zelum conculcati Divini honoris vindicandum, ad Torrentem Cison occidisse Zelotem; Impiæ (quam ob necem) Jezebelis Reginæ iram protinus incurrisse, martyrio quovis dirissimo sæviorem. Ipsa etenim nimio excandens furoris igne, volens illum, ob id, perdere festinato, festinam (misso nuncio) mortem jurejurando firmatam,
19 2. est comminata: Hæc mihi (dicens saguinolenta) faciant Dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero Animam tuam, sicut
4. Animam unius ex illis. Sed quid Sanctus Vates ad hæc? Petivit quidem animæ suæ ut moreretur: non autem (ut arbitror) tedio affectus, infensa pro Domino Deo suo perpeti, sanguinemque pro ejus honore fundere, qui desiderio martyr erat cruentus, incruentus jamdudùm re, & effectu; sed ne post hàc amplius ab impietate justitiam expenderet conculcatam. Divino interim agitatus impulsu, Spiritu prænoscens prophe-
Matt 10. tico quod magister omnium venturus Messias suis foret præ-
23. cepturus: Cùm persequentur vos in Civitate ista, fugite in
3. Reg. 19. aliam, iram præcavens Dominatricis, fugit à facie ejus pru-
9. dens, absconditque se in spelunca montis Horeb: injustam pro
Luc. 22. 53 Domino Deo suo, cujus erat zelatus honorem, tenebrarum potestatis persecutionem sustinens patienter. Quod admirans Ambrosius *a*, Vercellensi scribens Ecclesiæ, ait: Novimus cum admiratione, ad Patientiam, solitudinis incolatu, Vatem Eliam processisse fortiorem, martyrio se subdens persecutionis libenter.

Licet itaque superingentem Viri hujus fortissimi zelum opere funditùs nō valeamus implere: (cùm haud ambigam, saltem posse nos animo; peccata in totum cupientes eradicari, utque eradicentur, desiderio, ni re, vitam exponere:) Quis nos
Act. 8. 36. prohibet, virtutibus baptizari; Aqua pœnitentiæ ablui; Patientiæ, Humilitatis, Charitatis, Justitiæ actibus continenter instare? Quis obsistit, quis adversatur, Paupertatem, Innocentiam, Castitatem, (quam impollutam semper hunc nostrum Ducem non ambigimus custodisse) *b* sobrietatem, jejunia, pœniten-

a *Ambros. lib. 3. Epist. 25. Eccl. Vercell.* b *Cōsule Ambros. lib. 1. de Virg.*

nitentiam, sensuumque jugem mortificationem; Misericordiam, obedientiam; (cui non dubium, quin perfectissimè se mancipariт *a*, quidquam penitùs agens, nisi juxta Verbum, voluntatem, atque præceptum Dei) cæterasque ejus, generis ab eo exercitas, quis nos prohibet, imitari virtutes, quibus instruimur instituti? Non omnes quidem Eliæ spiritu duci possumus ad zelandum pro Domino Deo exercituum: quinimò nec omnibus ejus eodem convenit zelo succendi, quo ille Peccantes pene omnes Cælesti expetisset igne suffossos; At bene possumus per semitas justitiæ; quas, factus ipse nobis exemplar, generosè calcavit, esse Pedissequi ejus, ac Sectatores: non ambigentes, quin omnis, sub utroque instrumento. Sanctorum, nedum Christi principaliter actio *b*, nostra sit informatrix instructio: nam & eorum instruimur, accedimur, ac provocamur exemplis, quos Atlantes Fidei, ac virtutis nobis scriptura commonstrat; ut post eos recto semper gradientes itinere, portum æternæ offendamus salvationis incolumes. Ad quid enim Eliam describit Ambrosius, *c* Cibo indigum, melothide vili, sine comite, sine liberis, sine sumptu, patientem, promptè parentem, castum, humilem, justum, charitativum, modestum, justitiæque (quà Deus summoperè honoratur, & colitur) ferventissimum zelatorem; nisi ut aperiret, Monachos ejus discipulos, omnesque itidem Fidei Professores, obedientes, patientes, solitudinis amatores, charitate succensos, spiritu, bonisque pauperes, quod ad humilitatem attinet, ac paupertatem, castos, pœnitentes, ac sobrios; necnon justitiæ legis Divinæ, ad cujuscumque modulum, zelo plenos esse debere? Sed nec meo porrò innixum judicio, gratis id me credatis asserere, cùm ex Magno magni nominis illo Duce Monachorum Antonio excerpserim oculatus; cujus actus venusto describens Athanasius *d* stylo, fatur: id semper eum meditatum fuisse; oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, ad illumque speculum vitam suam taliter componere, ut ejus discipuli indignus nomine non reddatur. Illius ideò perfectus semper Antonius ipse, æmulator existens,

3. Reg 17. 5. 18. 36.

a *Chrysost. ser.* 88 *Qui castitatem testatur Elia ad mortem usq; servatam.*
b *Gregor. hom. in Evāg.* c *Ambros. lib. de Iacob, & vita Beata cap.* 8.
d *Athan. in vita Antonii.*

vitam cælitum in terris, virtutis amore, gessisse, non dubitatur. Hæc ille, nos instituens, illum exaltans, quem deprædicant Universi. Cæterùm, ne eximii Prophetæ, ac Patriarchæ hujus altiora reticeamus, insulsè; si mores ejus perattento spectemus obtutu, Christi Domini sigillatim typum gessisse, comperiemus. Ipse etenim discipulos congregavit, ut perditis mundi consuleret moribus, moresque ad Divinæ voluntatis obsequium hominum componeret perditorum. Christus Apostolicum coadunavit Collegium, ut eorũ prædicatione, è tenebris, quibus diù fuerat consepultus, mundus erueretur; ac infidelitas, orbis jamdiù dominatrix, defugata expelleretur ab Orbe:
Ioa. 12. 31. Ipso aperiente discipulis, ubi ait: nunc judicium est mundi;
16. 11. nunc Princeps hujus mundi eiicietur foras; & alibi: Princeps hujus mundi jam judicatus est. Elias zelo jugiter pro Domino Deo suo zelans; imperterritè adeò munus suum implevit, ut pro minimo duceret, tormentis plurimis discerptus, mortem subire. Christus, ut Patris sui omnipotentis, ejusque Divini cultus eximius expenderetur Zelotes, zelum suum jugi Prædicationis tempore incunctanter in cunctis aperire curavit; sive redarguens Pharisæos, sive Nummulariorum mensas sub-
Matt. 21. 12. vertens, cathedrasque proiiciens, Ementes item, ac venden-
Ioa. 7. 7. tes in templo eiiciens in flagello; sive indisciplinatos corripiens, & flagellans; sive legis transgressores, ac mandatorum, imperterritè increpans, malaque eorum opera severo supercilio arguens; pro quo, & neci traditus est, jammodo Scribis,
Isai. 53. 12. Pharisæis, & Peccatoribus factus exosus, & cum sceleratis repu-
Matt. 26. tatus est, ligno affixus cum latronibus, tanquam latro. Elias
55. 27. 38. Divinam legem (laboribus, ac sudoribus haud parcens) ubique non destitit prædicare. Christus Divinissimum suum Evangelium, Patrisque legem, lege jam infirmata, & per se ipsum triennio, & per Apostolos, eorumque Successores, ubique terrarum annunciandam, disseminandumque curavit. Elias
3. *Reg.* 19. 4. deserta loca, cacumina montium, solitudines, Petrarũ hia-
Marc. 1. 13 tus, & concessit frequenter, & sæpenumero magna animi inco-
Matt. 4. 11 luit voluptate. Christus, & montes quidem, & solitaria loca,
Marc. 8. 5. & desertorum asperitates, & solitudinum recessus, ne dum petiit perardenter non rarò, holocaustum Patri ibi oblaturus orationis; sed jugi ferè tempore, superingenti lætitia cordis sui,

sui, inhabitavit, ac tenuit. Elias, factus Angelis coæqualis, cibo per dies quadraginta usus non est aliquali. Christus, jejunium ipsum Quadragesimale per quadragenarium jejunium suum, mirabiliter consecravit. Elias, Patris providentia id mandante, pastus fuit à Corvis. Christum Angeli ministrantes paverunt, Patre præcipiente. Elias graves à peccatoribus sustinuit Cruces. Crucem Christus, scelestibus exæquatus, subiit graviorem. Elias tandem (ne tædii nimietate premamini, cætera reticebo) per patientiam, omnigenarumque virtutum consummationem, curru igneo in Paradisum evehi meritus est; anno, ut asseritur *a* mundi 3139. Christus, per improperia, derisiones, castigationes verè crudeles, flagellationes, pressuras, tormentorumque innumera prorsus genera, per Crucem item, & mortem, jure meritorum gloriosus ascendit in Cælum: non autem curru, per turbinem evectus, uti Elias; sed virtute propria, Angelorum stipatus multitudine, super nubium altitudinem, superque omnem creaturam exaltatus, in gloriam suam meruit introire; sedetque ad dexteram Patris; venturus inde in fine sæculorum, *b* vivos, & mortuos potentialiter judicare; Adoratus interim, genu flexo, à Cælestibus, terrestribus, Infernisque.

Luc. 6. 12. & 22.39. *Matt. 14. 13. 15.33. 17.1. 4.2.* *3.Reg.17.6* *Mat. 4.11.* *3.Reg.19.2* *Philip. 2.8.* *4 Reg.2.11* *Iere.30.14* *Act.1.9.* *Isai.14.14.* *Luc.24.26.* *Hebr.1.3.*

Veneremur itaque eximii tanti Patriarchæ Christiferi Virtutes, ac Merita; ejusque opera, actiones, & vitam, sola haud veneratione contenti, utcumque possumus, imitari conemur; ut ad ipsius evehi fastigium mereamur. Si enim ipse post tormentorum luctamina, post innumerum laborum sudores (cum Chrysostomo *c* loquor) post dirarum persecutionum fatigationes perennes, post tantorum bellorum magnas, illustresque victorias, optima, ac opima de mundo, diaboloque referens spolia, igneo curru, Equisque flammantibus impositus, triumphali gloria præfulgente, ad Regna nunquam peritura pervenit; Quid ni, non eodem nos concessuros speramus, si post semitas, quas ipse calcavit, propensiori, quo possumus, studio, illum (toto nostræ vitæ decursu) sectari connitimur inhianter? Utique (N.N.) Fidelis enim est Repromissor; nos non frustrabitur sponsor. Coronabimur planè simul, & conregna-

Philip 2.9. *2.Tim.4.1.* *Ps.144.13.*

a *Salianus, ubi suprà.* b *In Symbolo Apostolorum.* c *Chrysost. hom. de Ascensu Eliæ to.1.*

Rempublicam, perfectiori fuisse themate in lege Gratiæ institutam; ut in propriis terminis edisserit bellè Karamuel, *a* sed ipsi coævam Mundo stetisse, optimis semper institutis, legibus firmam, atque statutis: ut videlicet ab ipso Creationis initio novæ legis Perfectio adumbraretur Monastici status. Vt quid enim, justitià, poterat ex tunc perfecta vindicari Respublica, quæ Christi Domini Auctorantis perfectione carebat? Simulachrum itaque Perfectissimæ adumbrabat instituendæ, Christianæ videlicet; non ab altero quidem Magistro, quàm ab ipso omnium Divinissimo Præceptore Jesu, qui initio præfiguratam, in temporum plenitudine consummatissimè, perfe-
Heb. 7. 19. ctissimèque complevit: Illo in id vindice, qui ait ad perfectum nihil adduxit lex: idest nihil completè donavit perfectioni,
1. Cor. 10. 11. cum omnia quæque illis contingerint in figuris: ut veritas inde patefacienda roboraretur firmiùs, firmaretur.

Posthabitis itaque, & Vituperonum cavillationibus, jam attritis, & nominibus illis multiplicibus, quibus Sethiadum Cõgregationes fuere priscis temporibus insignitæ, quæ expendenda sunt, ne plurimùm remoremur in adminiculis, apud eumdem Karamuel, *b*, ad Sãctissimum, Prçclarissimumq; Filiorum
3. Reg 17. 1. Prophetarum devenio Cætum; quorum Princeps, Antesignanus, Dux, ac Præceptor, Elias ille Thesbites, tantò arctius Monasticum excoluit institutum, quantò præ cæteris spiritũ severiorem, in subeundisque laboribus promptiorem, fortioremque sortitus est, & aptiorem; in tantùm, ut jure oculus dexter Reipublicæ totius Præclara sub Eo vigens Communio dictitetur; dum talem potita Patrem, qualem verum esse decebat Divini Cultus Zelotem; non poterat in omnigena non fundari Sanctimonia, asperitate, perfectione, quibus & communitates cæteræ informarentur, & Orbis pér circuitum illustraretur. Audiendus quidem Hieronymus, *c* qui admiratus effatur: Filii Prophetarum, quos Monachos in veteri legimus instrumento, ædificabant sibi casulas juxtà fluenta Jordanis, Turbisque Urbium declinatis, polentha tantùm, herbisque agrestibus victitabant. Sed unde Rivulis aquæ, nisi ex fonte? Unde discipulis optimum vitæ genus, nisi ex Præceptore? Unde filiis hisce Prophetarum tantus vivendi rigor, nisi ex Prophe-

a *Vbi sup lib. 3. disp 19. & seqq.* b *ubi sup.* c *Ad Rustic. Monach.*

pheta, eorumque feveriffimo Patriarcha Elia?Non utique Tenelluḷę Plantationes aufterum hoc tenuiffent vitæ genus,nifi Pater eorum Elias,eique fuccenturiatus difcipulus Elifeus,firmiffimis undique fanctionibus roboraffent:quin imò,nec rapto per currum igneum Elia Patre in Cęlum, Principi fuccenturiato unanimi voluntate dixiffent: *a* Ecce locus, in quo habitamus coram te, anguftus eft nobis: eamus ufquè ad Jordanem, & tollamus finguli de fylva materias fingulas,ut ædificemus nobis locum ad habitandum: nifi fui animi firmũ porrò propofitum, arctum videlicet Eliæ Parentis inftitutum in eadem pofthàc Eremo excolendi,voluiffent fignificare.Cùm enim poffent tantum prçcavere rigorem, Elia fublato;parvas inibi fibi cafulas ædificare curarunt; ut Nobis firmiffimè jactum eorum fodalitatis fundamentum,per Architectum Eliã, dilucidè revelarent; nevè & Eorum ipfum jamdudũ confonis rationibus, inftitutum Collegium deperiret.Verùm nec unum iftud & fundavit folummodò in Ifrael Afceterium, & informavit Elias ipfe Thesbites.Scriptoribus quippè teftibus,multa quidem ac multa fub ejus item Gubernio extitiffe,non dubiũ: *b* Bercio, poft Abulenfem *c* in terminis approbante, ubi ait: Non unum apud Jordanem, Eliam legimus Afceterium inftituiffe,fed multa per loca Regni Ifrael,in quibus Filii Prophetarum fub uno verfabantur Præfecto,eadem utentes menfa,& Regula;Sobrii item degentes,& cafti,à matrimoniis abftinentes,lectioni vacantes, ac meditationi plurimùm;afflatus captantes Divinos,revelationefque Sancti Spiritus provocantes: hactenus ille: Ipfe vero jammodo noveram ex Scriptura, in Bethel propè Sichem,unum ex his habuiffe, dum inibi, legimus,Eliæ properanti occurriffe Filios Prophetarum, interro- 4.Reg.2.3.
gaffeque difcipulum Elifeum de imminente Hæri translatio- 7.
ne.In Hierico alterum;ubi ex eis quinquaginta ad ripam con- 4.Re.2 15.
ftituti Jordanis, propriis fpectarunt oculis Magiftri evectio- 1.Re.12.4. 4.Re.4.38.
nem.In Galgala tertium,quod fæpius in Regum Hiftoria me- 3.Reg.18.
moratur.Quartum itidem in Carmelo, (probent hæc abundè 19.42.
fatis afferta)ubi non modò Elias ipfe peculiarem fibi,fuifque, habitationem elegit,domumq;orationi confecratam ędificavit;

a Habes apud Profper.Stell.lib.2.de Coron.& tonfur. cap.14. b *Berc. lib.de inftit.vita Monaft.2.p.differ.* c *Conful.Abulenf.qu.13. in 4. Reg.*

4.Re.4.25. vit;verum etiam & ejus discipulus Eliseus,qui eodèm ut plurimùm versabatur. Non abs re ideò doctissimus Salianus, a discessurum Eliam,discipulos ubiq; sub ejus Regula commorantes, his adortantem verbis inducit: Eliseo (dicens)secundum Deum obtemperabitis,Filii, Quicumq; vel in Carmelo, Bethele,Galgalis,Najoth,vel propè Jordanem, vel in Gabaa, cæterisq;locis,Divinæ militiæ,Religiosæq;professioni nomen dedistis. Quæ quidem Antiquæ legis Sanctorum Monachorum Regulæ, Statuta,Leges,Præcepta,Constitutiones, ac Instituta,sibi per Eliam Zelotem tradita,Nobisq;subinde novæ legis transfusa, Probatissimorum quamplurium Scriptorum monumenta testantur. Quos inter Joseph ille,Hebræarum rerum historiographus perinsignis, principem tenet locum; qui ait:*b* Ipsi,præter cæteros,(de Filiis Prophetarum sermocinatur)voluptates,quasi maleficia vindicabant:(en carnis,pœnitentiæ scorpionibus, castigatio:) Continentiam verò servare, neq; cupiditati succumbere, virtutem maximam ducebant:(hinc planè fluxæ carnis,per castimoniam,colligitur refrenatio;per humilitatem verò,restrictio:)nihil ampliùs inter eos Ditior fruebatur, Pauperiore;nihil Pauper defraudabatur Ditiore:(utinam & inter nos hodie & Paupertas,& distributio talis!)Omnia enim eis erant communia.(Habemus undè confundi plurimùm,ac revereri, ex antedictis;ex consequentibus verò,quid erit nobis?) Non vestitum, non calceum planè novum,nisi veteribus multùm attritis resumebant: commerciorum nullus penitus inter eos usus: Egentibus præsto semper, eandem ab illis beneficentiā relaturi.(Ubi Charitas, ubi Paupertas,ubi solitudo,ubi virtus talis in nobis?)Religionem mirificè coluere;frigida se quotidie abluentes.At inter vescendū summum semper adhibuere silentium. (Bone Deus! num non admirabimur cuncti, qui Monachorum censemur nomine,ad hanc districtissimam vitæ Monasticę Austeritatem?)Non nisi probatę continentię homines ad suā recepere societatē.(Norma id idē sit Pręlatorū;dum & ad votū hoc item attinet castitatis.) Ergo ne,dicet aliquis,& vota inter eos emittebātur,uti modo fieri assolet inter nos?Hoc quidē nō asserimus.At expēdito,

a *Ad ann. Mundi 3159. in annal. Ecclesiast. vet. test.* b *Joseph. lib. 2. de bello Jud. cap. 71.*

dito, sed exporrectis auribus, quod subjungitur. Receptos autem magnis, ac magnis execrationibus obstrinxisse, se, Deum, Fidem, Justitiamque culturos: sævisque indè mulctabatur pœnis legum transgressor: cùm deprehensos in peccatis, ne cibum delatum caperent, sancita lege vetuerint. Hæc itaque, & similia, ad nostram porrò confusionem, de veteris instrumenti Monachis apud Josephum: Cujus quidem usus auctoritate sanctus Abbas Claravallensis, *a* Debbacchantium in monastica instituta, uti noviter in orbe introducta, vesana compescuit ora: Hæc, dicens, novitas non est novella vanitas: res enim est antiquæ Religionis perfectæ, in exemplo pietatis fundatæ. Antiqua quidem hæreditas Ecclesiæ Dei, à Prophetarum tempore præmonstrata. Et sanè undè ad novæ legis Monasticos, (urget Sāctus Isidorus Ispalensis *b*) studium sanctæ paupertatis defluxit; nisi ex antiquo veteris legis Gurgite? Quis hujus conversationis extitit Author? Cujus habitum imitantur Evangelici? Si vera, ut decet, velimus effari, quantum quidem attinet ad veterum scripturarum auctoritatem, propositi hujus PRINCEPS ELIAS, & discipulus ejus Eliseus fuere; postque eos, Filii Prophetarum, qui in solitudinibus habitabant. Unde & Hieronymus, *c* Monachus item sāctissimus, Principes suos adnominat, dicens: Noster Princeps Elias, noster Dux Eliseus, nostri Patres Filii Prophetarum, qui in solitudinibus, in montibus, & speluncis, & in cavernulis habitabant.

Ab hoc itaque sanctitatis perenni fonte, Elia, instituta omnia VIVENTIUM IN COMMUNI sub Evangelio emanasse, Pater ille monachorum Macharius *d* (ex Thoma à Jesu Carmelita discalceato) *e* haud veritus est affirmare: Geminum, dicēs, Fontem agnoscimus, à quo monastica nobis instituta emanavere: Primum in lege veteri, Eliam Thesbitem: (en monastici Germinis totius, ut asseruimus, Principatus) secundum in lege Gratiæ, Joannem Baptistam; Alterum planè illum Eliam: hæc ille: Eliæ propterea zelo quotquot sumus Monasticen Professores, auctoramento tenemur: Qui zelo semper Divini succensus honoris, & vitæ asperitate, & victus sobrietate, & paupertate

---

a *Bern. ad Fratr. de Monte Dei Cartus.* b *S. Isidor. lib. 2. de Offic. ca. 15.*
c *Epist. 14. Paulino.* d *S. Mach. in Serm. ad Monachos sui temp.*
e *Thom. à Jesu de variis reg. carm. p. 1. c. 1. 51.*

tate vestitus, & solitudinis habitatione, & corporis castimonia, & custodia sensuum, & morum integritate, & humili conversatione, & intrepida demum, ac severa transgressorum Divinæ legis castigatione: zelans pro Domino Deo suo exercituum, Maximus Ipse Zelotes: perfectum utcumque nobis perfectissimi exemplum præbuit status. Nulla siquidem Prophetæ hujus eximii, Præclarissimique Patriarchæ actio, ex tot, quas scriptura recenset, Igneum non commonstrat, non præsefert zelum ejus. Quid enim stupenda Cælorum (non ignobilis Auctor quidam philosophatur, *a* ex Chrysostomo) annis tri-
3. Reg 17. bus, ac mensibus sex, sua oratione, quasi clave, strictis occlu-
1. 18. 18. sio? Quid impiissimi Acabi intrepida increpatio? Quid ignis
38 40. è Cælo, tum ad Sacrificii consummationem, tum ad Perduellium consumptionem, ardentioribus ipso igne precibus, evocatio? Quid quadringentorum Pseudoprophetarum justa mactatio? Quid Israelitarum, Filiorumque Prophetarum in Carmelum, ac in desertum convocatio? Quid denique (cætera reticens) victus, atque vestitus ejus, Brevitas, ac Pannositas, nisi zelum undique spirant? Zelo siquidem Divini funditus repletus honoris, aliud non sapiebat omnino, aliud ejus conversatio non spirabat, quam zelum. Igneque propterea zeli hujus accensus, igne totum Orbem Peccantem omni ævo subvertere paratus erat Zelotes; ne novis humanum Genus fœdaretur sceleribus, nova veteribus cumulando; novisque per diem nexis
Psal. 31. 9. implicarentur, qui, non ad vivendum sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus; sed sicut rationabiles homines, ad Divinam imaginem efformati, optimè Deo serviendum, eique in tempore, & in æternitate, adhærendum; ut perfecta, perennique potirentur fœlicitate. *c* Expendamus Chrysostomum arridentem, ubi ait: Ego novi zelum tuum; (Eliam alloquebatur zelantem) grata est mihi anima tua; (accipe animam, pro voluntate) veruntamen quia peccatores, ob zeli nimietatem, in terris ferre non vales, ascende superiùs, curru evectus igneo, quasi in Cælum. Si enim diù tibi manendum esset in terris, propè diem humanum Genus, quod à te continuè plectitur, aboleretur.

Ze-

a *Habes apud Chrys. in serm. de Elia to. 1.* b *Consule Thom. à S. Ioseph in lib. de Patr. Eli. praem.* c *Chrysost. eodem serm. in Eliam.*

Zelum itaque omni tempore, ut prædiximus, ſpirans Elias, Zelum ipſum ſuum implere incunctanter meditabatur impensè; quin per zelum, Domino Deo ſuo placere tota ſtudens virtute, in illum plurimùm inſiſtebat Zelotes. Factus propterea (zelum, quem corde geſtabat, opere, & effectu mundo patefacere volens, *a*.) Eliſæi, Jonæ, Filiorumque Prophetarum Dux, ac Præceptor; Orbem, in vitiorum fœce miſerabiliter adjacentem, per Monaſticæ perfectionis ſtatuta, relevare conatus eſt. Quod quidem, ad ſuæ mentis propoſitum, ingenti adeo utilitate eſt proſequutus; ut Principatum, jure optimo, Monachiſmi meruerit obtinere. In quod collimans deprædicatus ille Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Patriarcha Joannes *b*, ex ejus ſtemmate Nepos, hæc deprompſit: Hic (dicens) Propheta Dei Elias, Monachorum Princeps primus extitit; dum ab eo Sancta eorum ſumpſit exordium inſtitutio. Ipſe ſiquidem obtentu contemplationis Divinæ, & deſiderio ſublimioris profectus, ab urbibus recedens, ſe ipſum terrenis cunctis exuens, & mundanis, Religioſam, & Prophetalem Eremiticam vitam, Primus hominum ex propoſito, ducere cœpit, atque docere: Quam, Sancto dictante, ac mandante Spiritu, inchoavit, inſtituit, patefecit, Poſteriſque adimplendam mandavit. Hæc inter alia doctus ille. Ut quid ergo non admirabimur ipſi, atqui ad puxillum modulum noſtrum tanti Patris, ac Patriarchæ zelum non imitabimur, qui ex lege tenemur? Nonne ſpeculum, & exemplar ſe nobis ipſe præbuit, quem ſuſtinemus, ut per ipſiſſimã imitationẽ veſtigia Ejus premamus? *Iob 23. 11.* Ut quid tota die inſiſtimus otioſi? Num requiem *Matt. 20. 7* quandoq; animæ ſuæ feruẽtiſſimus hic sũmi Patris Miniſter eſt *4. Eſdr. 2.* impertitus, requiem poſthac quæritans æternaliter duraturã? *3. 4.* Nõ utique; ſed diu, noctuq; (põdus diei portãs, & æſtus) laborãs *Mat. 20.* ſemper impiger; Violẽtia Cælũ rapuit, ac virtute. Nos verò ut *12. 11. 12.* quid in requiem prætendimus introduci; ſi Bellantes, ac Dimicantes in Paleſtra modò, laborioſi, non deſudamus? nonne *2. Macab.* ad Patientiam nos provocat, & invitat perpeſſum ab Eo (ob *4. 14.* zelum Domini) diræ perſecutionis martyrium? Qui in codicibus id Divinis non novit, quid ipſe norit, ignoro. Eja,

B per-

a *Conſule Thom. à S. Ioſeph de Patriarchatu Eliæ p. 1. ſe. 5.* b *Ioannes Patr. Conſtant. lib. de inſt. Monachor. c. 2.*

percontemur cursim, si lubet, Regum Historiam; inter cætera ibidem annotata Eliæ gesta, Quadringentos quinquaginta
3. *Reg.* 18. comperiemus, Prophetas Baal; Lucorumque item alios qua-
40. dringentos, uno eodem die, ob Zelum conculcati Divini honoris vindicandum, ad Torrentem Cison occidisse Zelotem; Impiæ (quam ob necem) Jezebelis Reginæ iram protinus incurrisse, martyrio quovis dirissimo sæviorem. Ipsa etenim nimio excandens furoris igne, volens illum, ob id, perdere festinato, festinam (misso nuncio) mortem jurejurando firmatam,
19 2. est comminata: Hæc mihi (dicens saguinolenta) faciant Dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero Animam tuam, sicut
4. Animam unius ex illis. Sed quid Sanctus Vates ad hæc? Petivit quidem animæ suæ ut moreretur: non autem (ut arbitror) tedio affectus, infensa pro Domino Deo suo perpeti, sanguinemque pro ejus honore fundere, qui desiderio martyr erat cruentus, incruentus jamdudùm re, & effectu; sed ne posthàc amplius ab impietate justitiam expenderet conculcatam. Divino interim agitatus impulsu, Spiritu prænoscens prophe-
Matt 10. tico quod magister omnium venturus Messias suis foret præ-
23. ceptutus: Cùm persequentur vos in Civitate ista, fugite in
3. *Reg.* 19. aliam, iram præcavens Dominatricis, fugit à facie ejus pru-
9. dens, absconditque se in spelunca montis Horeb: injustam pro
Luc. 22. 53 Domino Deo suo, cujus erat zelatus honorem, tenebrarum potestatis persecutionem sustinens patienter. Quod admirans Ambrosius *a*, Vercellensi scribens Ecclesiæ, ait: Novimus cum admiratione, ad Patientiam, solitudinis incolatu, Vatem Eliam processisse fortiorem, martyrio se subdens persecutionis libenter.

Licet itaque superingentem Viri hujus fortissimi zelum opere funditùs nō valeamus implere: (cùm haud ambigam, saltem posse nos animo; peccata in totum cupientes eradicari, utque eradicentur, desiderio, ni re, vitam exponere:) Quis nos
Act. 8. 36. prohibet, virtutibus baptizari; Aqua pœnitentiæ ablui; Patientiæ, Humilitatis, Charitatis, Justitiæ actibus continenter instare? Quis obsistit, quis adversatur, Paupertatem, Innocentiam, Castitatem, (quam impollutam semper hunc nostrum Ducem non ambigimus custodisse) *b* sobrietatem, jejunia, pœniten-

a *Ambros. lib. 3. Epis. 25. Eccl. Vercell.* b *Cōsule Ambros. lib. 1. de Virg.*

nitentiam, ſenſuumque jugem mortificatiònem; Miſericordiam, obedientiam; (cui non dubium, quin perfectiſſimè ſe mancìparit *a*, quidquam penitùs agens, niſi juxta Verbum, voluntatem, atque præceptum Dei) cæteraſque ejus, generis ab eo exercitas, quis nos prohibet, imitari virtutes, quibus inſtruimur inſtituti? Non omnes quidem Eliæ ſpiritu duci poſſumus ad zelandum pro Domino Deo exercituum: quinimò nec omnibus ejus eodem convenit zelo ſuccendi, quo ille Peccantes pene omnes Cœleſti expetiſſet igne ſuffoſſos; At bene poſſumus per ſemitas juſtitiæ; quas, factus ipſe nobis exemplar, generosè calcavit, eſſe Pediſſequi ejus, ac Sectatores: non ambigentes, quin omnis, ſub utroque inſtrumento. Sanctorum, nedum Chriſti principaliter actio *b*, noſtra ſit informatrix inſtructio: nam & eorum inſtruimur, accedimur, ac provocamur exemplis, quos Atlantes Fidei, ac virtutis nobis ſcriptura commonſtrat; ut poſt eos recto ſemper gradientes itinere, portum æternæ offendamus ſalvationis incolumes. Ad quid enim Eliam deſcribit Ambroſius, *c* Cibo indigum, melothide vili, ſine comite, ſine liberis, ſine ſumptu, patientem, promptè parentem, caſtum, humilem, juſtum, charitativum, modeſtum, juſtitiæque (quà Deus ſummoperè honoratur, & colitur) ferventiſſimum zelatorem; niſi ut aperiret, Monachos ejus diſcipulos, omneſque itidem Fidei Profeſſores, obedientes, patientes, ſolitudinis amatores, charitate ſuccenſos, ſpiritu, boniſque pauperes, quod ad humilitatem attinet, ac paupertatem, caſtos, pœnitentes, ac ſobrios; necnon juſtitiæ legis Divinæ, ad cujuſcumque modulum, zelo plenos eſſe debere? Sed nec meo porrò innixum judicio, gratis id me credatis aſſerere, cùm ex Magno magni nominis illo Duce Monachorum Antonio excerpſerim oculatus; cujus actus venuſto deſcribens Athanaſius *d* ſtylo, fatur: id ſemper eum meditatum fuiſſe; oportere Dei famulum ex inſtituto magni Eliæ exemplum capere, ad illumque ſpeculum vitam ſuam taliter componere, ut ejus diſcipuli indignus nomine non reddatur. Illius ideò perfectus ſemper Antonius ipſe, æmulator exiſtens,

3. *Reg* 17. 5. 18. 36.

B 2 vi-

a *Chryſoſt. ſer.* 88 *Qui caſtitatem teſtatur Elia ad mortem uſq; ſervatam.*
b *Gregor. hom. in Evãg.* c *Ambroſ. lib. de Iacob, & vita Beata cap.* 8.
d *Athan. in vita Antonii.*

vitam cælitum in terris, virtutis amore, gessisse, non dubitatur. Hæc ille, nos instituens, illum exaltans, quem deprædicant Universi. Cæterùm, ne eximii Prophetæ, ac Patriarchæ hujus altiora reticeamus, insulsè; si mòres ejus perattento spectemus obtutu, Christi Domini sigillatim typum gessisse, comperiemus. Ipse etenim discipulos congregavit, ut perditis mundi consuleret moribus, moresque ad Divinæ voluntatis obsequium hominum componerer perditorum. Christus Apostolicum coadunavit Collegium, ut eorū prædicatione, è tenebris, quibus diù fuerat consepultus, mundus erueretur; ac infidelitas, orbis jamdiù dominatrix, defugata expelleretur ab Orbe:
Joa. 12. 31. 16. 11. Ipso aperiente discipulis, ubi ait: nunc judicium est mundi; nunc Princeps hujus mundi eiicietur foras; & alibi: Princeps hujus mundi jam judicatus est. Elias zelo jugiter pro Domino Deo suo zelans; imperterritè adeò munus suum implevit, ut p o minimo duceret, tormentis plurimis discerptus, mortem subire. Christus, ut Patris sui omnipotentis, ejusque Divini cultus eximius expenderetur Zelotes, zelum suum jugi Prædicationis tempore incunctanter in cunctis aperire curavit; sive redarguens Pharisæos, sive Nummulariorum mensas subvertens, cathedrasque proiiciens, Ementes item, ac vendentes in templo eiiciens in flagello; sive indisciplinatos corripiens, & flagellans; sive legis transgressores, ac mandatorum, imperterritè increpans, malaque eorum opera severo supercilio arguens; pro quo, & neci traditus est, jammodo Scribis, Pharisæis, & Peccatoribus factus exosus, & cum sceleratis reputatus est, ligno affixus cum latronibus, tanquam latro. Elias Divinam legem (laboribus, ac sudoribus haud parcens) ubique non destitit prædicare. Christus Diviniſſimum suum Evangelium, Patrisque legem, lege jam infirmata, & per se ipsum triennio, & per Apostolos, eorumque Successores, ubique terrarum annunciandam, disseminandumque curavit. Elias deserta loca, cacumina montium, solitudines, Petrarū hiatus, & concessit frequenter, & sæpenumero magna animi incoluit voluptate. Christus, & montes quidem, & solitaria loca, & desertorum asperitates, & solitudinum recessus, ne dum petiit perardenter non rarò, holocaustum Patri ibi oblaturus orationis; sed jugi ferè tempore, superingenti lætitia cordis sui,


Marginalia: Matt. 21. 12. — Joa. 7. 7. — Isai. 53. 12. — Matt. 26. 55. 27. 38. — 3. Reg. 19. 4. — Marc. 1. 13 — Matt. 4. 11 — Marc. 8. 5.

sui,inhabitavit,ac tenuit.Elias,factus Angelis coæqualis, cibo *Luc. 6. 12.*
per dies quadraginta usus non est aliquali. Christus,jejunium *& 22.39.*
ipsum Quadragesimale per quadragenarium jejunium suum, *Matt. 14.*
mirabiliter consecravit. Elias,Patris providentia id mandan- *13. 15.33.*
te, pastus fuit à Corvis. Christum Angeli ministrantes pave- *17.1. 4 2.*
runt,Patre præcipiente. Elias graves à peccatoribus sustinuit *3.Reg.17.6*
Cruces. Crucem Christus, scelestibus exæquatus, subiit gra- *Mat. 4.11.*
viorem. Elias tandem (ne tædii nimietate premamini,cætera *3.Reg.19.2*
reticebo) per patientiam, omnigenarumque virtutum con- *Philip.2.8.*
summationem, curru igneo in Paradisum evehi meritus est; *4 Reg.2.11*
anno, ut asseritur *a* mundi 3139. Christus, per improperia,
derisiones, castigationes verè crudeles,flagellationes, pressu- *Iere.30.14*
ras, tormentorumque innumera prorsus genera, per Crucem
item,& mortem,jure meritorum gloriosus ascendit in Cælum: *Act.1.9.*
non autem curru, pet turbinem evectus, uti Elias; sed virtute
propria, Angelorum stipatus multitudine, super nubium al-
titudinem,superque omnem creaturam exaltatus, in gloriam *Isai.14.14.*
suam meruit introire; sedetque ad dexteram Patris; venturus *Luc.24.26.*
inde in fine sæculorum, *b* vivos,& mortuos potentialiter judi-
care; Adoratus interim,genu flexo,à Cælestibus,terrestribus, *Hebr.1.3.*
Infernisque.

Veneremur itaque eximii tanti Patriarchæ Christiferi Vir- *Philip.2.9.*
tutes,ac Merita; ejusque opera,actiones,& vitam,sola haud ve- *2.Tim.4.1.*
neratione contenti, utcumque possumus, imitari conemur; ut ad ipsius evehi fastigium mereamur. Si enim ipse post tormentorum luctamina,post innumerum laborum sudores (cum Chrysostomo *c* loquor) post dirarum persecutionum fatigationes perennes,post tantorum bellorum magnas, illustresque victorias, optima, ac opima de mundo, diaboloque referens spolia, igneo curru, Equisque flammantibus impositus, ttiumphali gloria præfulgente, ad Regna nunquam peritura pervenit; Quid ni,non eodem nos concessuros speramus,si post semitas,quas ipse calcavit, propensiori, quo possumus, studio, illum (toto nostræ vitæ decursu) sectari connitimur inhianter? Utique (N.N.) Fidelis enim est Repromissor; nos non frustrabitur sponsor. Coronabimur planè simul, & conre- *Ps.144.13.*
gna-

a *Salianus, ubi suprà.* b *In Symbolo Apostolorum.* c *Chrysost. hom. de Ascensu Eliæ to.1.*

Ps.131.11. gnabimus, si insimul sustinebimus, & patiemur. Pati tamen
2. Tim. 2. 12. omnino necesse est, ut glorificemur. Nonne oportuit, & Chri-
Luc.24.26. stum, Regem Gloriæ, pati, & ita intrare in gloriam suam? O-
portebat quidem, non urgente pro se necessitate, sed ut pa-
tiendi cæteris indicaretur necessitas, ne in alta Cælorum, abs-
que meritis, se posse crederent homines exaltari. Uti enim
multa oportet perpeti antequam exaltemur; ita exaltari con-
venit, & oportet, postquam infensa multa perpessi fuerimus in
hac vita: Chrysostomo *a* item pro eodem, de quo loquimur
evincente: oportebat (dicens) hunc errantis Populi Rectorem,
Gubernatorem Sacrorum, discrepantium voluptatum Mode-
ratorem, Israelis Aurigam, Qui ad jugum timoris Dei lascivos,
vagosque animos revocavit, frenis, lorisque astrinxit, atque
ad iter disciplinæ, recto tenore currendum, concordi quadam
copulatione composuit: ad Regna Cælestia curru, Equisque
igneis, evolaret evectus. Quod & nobis eveniet Angelicis
nempe manibus evehi ad Cælestia, Sanctisque cæteris copu-
Luc.17.10. lari, si quæ per Evangelium præcepta sunt nobis, ac per San-
ctissimum Patriarcham hunc præmonstrata, opere impleveri-
mus, & effectu: uti quidem illo adjuvante, ac protegente, spe-
ramus, qui cum Patre, & Sancto Spiritu Agnus Dei, Domino-
rum Dominus immortalium, immortalisque Dominus Domi-
nantium, Jesus Christus Dominus noster, vivit, & Regnat
super omnia Deus. Amen.



DE

a *Io: Chrysost. eadem hom. in fine.*



DE S. JOANNE BAPTISTA

Eremitarum omnium Patriarcha.

Quid existis in desertum videre? Prophetam? Amen dico vobis: non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista. Matth. 11. 19.



Ja nunc obmutescite, Vituperones, ac Blaterones, Impietatis ministri, Genimina Viperarum, Hæretici. Ora, Bubones hallucinati, posthàc compescite vestra. Non est quid amplius in spectatissimam, ac pretiosissimam debacchemini gemmam, speciosissimam nempe Monachalis vitæ antiquam legis utriusque, hæreditatem; gemmam verè utcumque pretiosissimam Orbis: Quam (Caput ad instar Nili, quod ignoratum ex Plinio *a*, conviciis plurimis appetitur) maledictis innumeris affecistis, appetistis conviciis, scommatibusque, cavillosè tum plurimùm impetistis insulsè. En, ut novæ promulgatæ legis à Christo mortalis Angelus (post Gloriosum illum Israelis Aurigam, Carmelique cultorum Primatem illustrem Eliam) Verbi Præco, Amicus Sponsi, Sponsus, Filius, ac primus Martyr Ecclesiæ, Bàptista Solis Præcursor Joannes; Monachus, Eremita, Desertique sub Evangelii luce primus cultor eximius, vestras hallucinationes detergens, morumque redarguens pravitates; antiquam Ecclesiæ hæreditatem (ut non meis iteratò, sed verbis utar Claravallensis *b*) Monasticam videlicet disciplinam, altissimis usque- *Luc. 3. 7.*

a Plin. lib. 14. nat. b *Bern. tract. ad Fratr. de Monte Dei.*

quequaque defixam radicibus, nobilissimo suo illustrat Patriarchatu? Vita nonne Eremitarum omnium Patriarchæ Joannis (expungite eja nunc Muriones insciri,ad hæc Ephrem Sanctissimi Edessæ Diaconi *a* vestras è corde funditùs in primos Ecclesiæ Filios cavillationes, ac theenas) vita nonne, & mores Baptistæ, forma sunt,& descriptio Monachorum? Ipse siquidem desertorum speciosissimus flos semper vernans, (ex
Ps.64.13. mente Victorini *b*) pilis indutus Camelorum, Zona præcinctus pellicea, locustas, melque sylvestre comedens, nec vi-
Luc.1.15. num bibens,nec siceram,sed de torrente aquam, Eremiticæ, ac Monachalis disciplinæ ipsissimam formam expressit. Quod enim Monachorum Pater Elias præfiguravit sub lege; Joan-
Apoc.1.8. nes, legis omæga, principium Evangelii, lucis characteribus consignatum, Nascentis Ecclesiæ Naris, primus sub Evangelio cultor factus Eremi, vitæ ejus tenore fideliter commonstra-
Matth 11. 14. vit. *c* Nam & Elias alter ipse sub Gratia (ne tantillùm declinemus ab Evangeliis) tametsi spiritu, non persona; ne ve-
Luc.1.17. ritate frustremur; eumdem fovit Eliæ spiritum in zelando (uti collimabat Chrysologus *d*) pro Deo, ne debito fraudaretur honore; pro mundo, ne in tenebris deperiret; pro hominibus universis, ne passionibus obcœcati, aberrarent à via. Mundo propterea in tenebris ambulanti, luce jammodò illucescente,
Ioa.1.6. è supernis missus à Deo fuerat Homo, ut in Eliæ vita gradiens, ac virtute; victu, vestitu, honore, innocentia, charitate, fervore spiritus, atque zelo justitiæ, illum repræsentans omninò, homines informaret. Id, quod expendit & Beda *e* ubi ait: Ambo deserta sequuti, Elias videlicet, & Joannes, ambo victu frugi, vestitu inculti, cinctu ambo despecti, Monastices ambo Principes eximii, ac Patriarchæ.

Ut quid ergo, acta retexens Patriarcharum, gesta reticeam Patriarchæ hujus eximii; cùm me non lateat, posse neminem inficias ire, Joannem Eremitalis, ac Monachalis gloriosissimi instituti Principem extitisse, ac Patriarcham, sub Evangelio Principalem? Nota nonnisi certò inurerer non mediocri, si quod alii commonstrare nituntur, Ipse silentii cinere operirem.

a *S. Ephr. paren.1. to.2. fol.90. B.* b *Victorin. ser.2. in hunc locum Psal 64.* c *Habes apud Chrys. hom.36. in Matth.* d *Chrysolog. hom.88.* e *Beda in cap.1. Lucæ.*

rem. Apetiam itaque (Tibicen & ipse factus, ac Præco) quod nec inficiari valet, nec infirmari, aperiam inquam, & revelabo; ut auctoramento, quo vinctus teneor, satisfaciam. Sed heu me miserum! jam non est sermo in lingua mea, dum ad ingentia, quæ parantur, faucibus meis adhæsit, adeò infirmata, ne dum perterrita, ut verba posthac non valeat aliqualia efformare. Et quidem quis hominum, quis mortalium, Angeli valebit lingua prætexere conversationem, ac vitam, & linguæ organa, mox non amittere, præ stupore? Angelo planè, ad Angelum effingendum, non homine opus esset, ut naturalis esse posset effigies simulacri. Quid ergo hominum insipientissimus agam; qui arte, coloribus, penicillo, omnique prorsus virtute careo, ac vigore? Agam porrò fiducialiter & non timebo: illi fidens, cui & Potestas est, & Imperium; precibus tamen adjutus illius, cujus exequimur cultum, meritis verò propitiatus & ejus, cujus jamdudùm subjectus sum ditioni: Virginis nempè Dei parentis, quam ut Fautricem experiar, cum Archangelo corde humili veneror salutante: Ave (dicens) Maria, Gratia plena. Ps. 138.4. Ps. 21.16. Isai. 12.2. 1.Petr. 4.11. Eph. 13.9

Quid existis in desertum videre? Prophetam? &c. loco præallegato.

Glorietur, utcumque potest, (N.N.) atque lætetur Sæcularium Sacerdotum Cunæus Illustrissimus; Principes, Duces, ac Præceptores fuisse sortitos Apostolos, quorum dignitas, non dubium, quin Sanctorum omnium dignitatem transcendat; dum ex ore didicerint Sapientiæ edocentis, quinimò & Sapientiam ipsam Summi Patris omnipotentis habuerint Magistram in terris; ut quæque cæteros fuerint inde docturi, non eis tribuerētur, sed Maximo omnium Præceptori, à quo Aquas totius hauserint Sapientiæ, atque Scientiæ: quorum indeficientium thesaurorum (ex Paulo) solus ipse maximus, ac unicus Asservator, & Dispensator existens, tantò eos copiosiùs, irrigavit, quantò sibi habuit propiores; unde & ait: Vobis datum est nosse misterium Regni; cæteris verò in Parabolis loquor. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo nota feci vobis. Dignitate tamen quadam præcelsiori, Principe suo Baptista Præcursore gloriantur Anachoretæ, Monachi omnes, & Eremitæ, quibus datum est, Ducem in terris primum habere, ac Præceptorem sub Gratia, quem sua Matth. 11.19. Colos. 2.3. Marc 4.11 Joa. 15.15.

incōparabili dignitate, omnes aliorū titulos (Sūmæ Veritatis Judicio) superare; & indubitanter pro nunc asserimus, & in posteris dilucida vindicabimus ratione.

Interim quid de ejus Patriarchatu Patres senserint, expendamus. Audiatur ergo primus omnium necesse est, Cassiodorus *a*, celebris ille, ex Illustri Senatore, Monachus planè Illustrissimus, Illustriumque Eremitarum quamplurium Dux præclarissimus, ac Præceptor, qui, non aberrans à veritate, in hæc suum judicium obfirmavit, dicens: Elegantissimæ nostræ hujus Philosophiæ, Princeps in lege fuit Elias, Princeps sub Evangelio Baptista Joannes. Qui quidem jugi ferè tempore permanens in deserto; factus jammodò trimulus, Solitarius passer in tecto; Eremiticæ, ac Monachalis vitæ, Sanctissimiq; propositi hujus, Gratia apparente, lege jam infirmata, extitit Author: Qualem (magnis delatis titulis) Hispalensis Isidorus *b* adnominat, ubi ait: Dum ab incunabulis penè, tenellus, ac solus desertum Joannes incoluit; locusta, agrestique melle nutritus; totaque inde ætate permanens in Eremo, ut exemplum nobis posteris Monachalis vitæ præberet; non dubium, quin jure Princeps possit noster Ipse vocari. Et oh! Quantos progenuit ejus hæc admirabilis conversatio Principes nobilissimos, invictissimos Duces, Ecclesiæque gloriosissimos Patres! Habemus planè Paulum, Antonium, Hilarionem, Arsenium, Panuphium, Simeonem, cæterosque generis hujus Venerabiles Patres: Patres porrò innumerabilium Monachorum, imò Monastices totius Duces, ac Præceptores: quales Doctorum Maximus, Monachus & ipse, Monachorumque Pater, Hieronymus *c* reverenter adnominat: Habemus (inquiens) Propositi nostri Principes, ac Magistros, Paulos, Antonios, Julianos, Hilariones, Macharios. Utque discipulos hos omnes inde demonstraret Eliæ, atque Baptistæ Joannis, ad anteacta rediens sæcula, universorum Principes, ac Patriarchas, ex Scripturarū auctoritate, dilucida signat oratione. In quod & Chrysostomus *d* collimavit, ubi ait: Sicut Sæcularium Sacerdotum Principes sunt Apostoli; ita & Monachorum omnium (qui secessores, ex Cassiano) Princeps est Baptista Joannes; qui incomparabili sua dignitate, cui exæ-

Psa. 101. 8.

a *Cassiodor. in vita Magni Antonii, & aliorum.* b *S. Isidor. Hispalens lib. 2. de offic. ca. 15.* c *Hieron. epi. 14. ex Paulino, & 22. ad Eustoc.* d *Chrysost. hom. de S. Ioanne Baptista.*

exæquetur, non habet; dum de eo testatum reperimus: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista. Et quidem incomparabilem prorsus esse Præcursoris Verbi Divini dignitatem, omnique admiratione (quoquo ea spectetur modo) venerationeque dignissimam, nullus ambigat, addubitet nemo. Sive enim Maximum Vatem hunc longè ante conceptum consideremus; captum planè transcendit humanum: Angelum quippe ore Divino nominatum comperiemus ex textu: Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante te. Sive paulo antequam miraculo conciperetur ex sterili, collimato spectemus oculo, oculus ipse mentis obstupet: dum ab Archangelo (qui nedum missus, sed summus missus, sive nuncius, ex Gregorio *a*) Patri, Divino jussu, annunciatum; muneri respondente compellatum ex nomine; innumerisque, innotis adhuc laudibus expendemus elatum: Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem: Erit enim magnus coram Domino; vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ; multosque filiorum Israel convertet ad Dominum, & ipse præcedet illum in spiritu, & virtute Eliæ. In qua porrò legatione, & partus habemus prænotionem, & impositionem nominis è Regalibus, & incomparabilem veræ magnitudinis dignitatem, & summæ ejus abstinentiæ commendationem, & subsequentium gratiarum torrentium arrhabonem, & uberem ex prædicatione recolligendam messem, & consummaræ demum totius perfectionis summam. Sive nativitati proximum perpendamus; ad ingentia tanta confundi, necesse est: nam ab Humanato Verbo, munere penitùs singulari, visitatum spectabimus, salutatum, sanctificatum: Ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus: (attende ordinem, admirare prodigia) Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth: (Filio exultante, Mater Spiritu Paracleto repletur: Nato sanctificato, Genitrix prophetizat: Germine vaticinante, Arbor novis imprimitur characteribus.) Sive in lucem proditum, exacta examinemus statera; obruitur parvulus intellectus, dum pondera deficiunt, & mensuræ: nam & Deiparam ipsam sibi assistricem; (quod & desideraverat Salomon,

Malac. 3. 1.
Ibid.
Exod 33. 12.
Luc. 1. 13. cum seqq.
Luc. 1. 41. 42.

a *Gregor. hom. 34. in Evang.*

Sap.9.4. ubi ait: Da mihi assistricem Sapientiam) Vicinos, agnatos, & amicos, Parentibus gratulantes, omnesque per circuitum ad-
Luc.1. 56. lætantes pariter, & admirantes comperiemus. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: (ex quo DD. conveniunt, *a, b, c,* Partui Virginem Matrem extitisse præsentem)
57 Elisabeth autem impletū est tempus pariendi; & peperit Fi-
58 lium; & congratulabatur ei. Et factus est timor super omnes
65 vicinos eorum, dicentes: Quis putas puer iste erit? Sive circum-
66 cisione imminente legali, in hunc modò natum infantulum (infantium planè cæterorum maximum, ex eo, quod coram
1.Petr.2.2. Domino Magnus) perattentis obtutibus intendamus; obstupeamus oportet ad complicata tanta miracula; Siquidem & mutum antea Patrem expedita voce loquentem; & Spiritu repletum ventura prophetantem; & omnes, & singulos, summa admiratione, confusioneque detentos coniiciemus: Apertum
Luc. 1. 64. est autem illicò os ejus, & loquebatur benedicens Deum: &
67. prophetavit. Et mirati sunt universi. Sive ætate paululùm increscente puerum prospectemus; habent quidem omnes, unde plurimum confundi simul, & admirari: dum non per pauculos dies, non per menses aliquot, sed nec per brevium annorum curricula; sed ab Infantia, ad Prædicationis instantem diem, in locis arentibus, ac desertis, jugi perseverantia, intuebimur permanentem; carnemque suam innocuam, imò & illibatam, castam, & impollutam, jugi afflictatione mactantem: Et erat
80 in desertis usque ad diem ostensionis suæ ad Israel. Eratque
Matth.3.4. indutus pilis Camelorum, non manducans, nec bibens. Sive
11.18. toto Prædicationis tempore, ipsum ante nostros oculos, jura Divina tuentem proponamus, suumque jus adimplentē; Con-
Ps.34.4. fundantur, ac revereantur fas est omninò Micropsychi Prædicatores, canes muti, non valentes latrare: cùm absque ulla per-
Isai.56.10. sonarum acceptione, Divini honoris cultum, tota virtute, im-
1.Pet.1 17
Luc.3.7. perterritèque collimemus zelantem: Genimina Viperarum, quis demonstravit vobis fugere à superventura ira? Dicebat-
Marc.6.18 que Joannes Herodi: non licet tibi habere uxorem fratris tui. Sive discipulos instruentem exacta trutina pensitemus; Utinam (teneor exclamare) tales hodie Magistri veritatis inveni-

a *Ambros.* b *& Beda in hunc locum Luca.* c *Petr. Dam. ser. 1. de Sancto Ioanne Baptista.*

venirentur. Christi Domini, & Personam pariter, & Doctrinam sibi in omnibus præponentem aspiciemus: Ecce Agnus Ioan.1.29.
Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Hic est,de quo dixi: Post 30
me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat; cujus corrigiam calceamentorum procumbens, solvere non sum dignus. Ipsum ea propter oportet crescere,me autem minui. Ve- Marc. 1. 7.
rè Propheta! Christus in Cruce crevit, *a* dum capite Joannes minutus est. Sive laudatum (demum) meditemur à Veritate;(id planè,quod ad Joannem sufficeret agnoscēdum:)Unicum mundi Phœnicem,ex testimonio,cognoscemus;jureque sibi optimo,singularem concreditam laudationem illam:Inter natos mulierum major non surrexit Joanne Baptista. Hac e- Mat.11.11
nim sola (bellè ponderat Damianus *b*) extollit adeo, elevatque super mortales,ut incomparabili sua dignitate,ne dum hominum omnium dignitatem, sed humanitatem ipsam ipse transcendere videatur. Unus quidem est,& secundum non habet,qui Choris intertextus Angelicis,sublimioris coronæ titulis,universitatis humanæ transcendit ascensum. Lætentur itaque Angeli, lætentur & homines universi; Naturæque numerositas utriusque, hominem sic ingressum abyssum luminis, ac in æternæ Divinitatis pelagum absorptum, ut ipsam reverberet Angelicæ puritatis originem,admiretur. Ast,stupor me tenet ingens,gravique miratione devincor! Cur(nempe) homines fugerit Angelus: Parentibus infantulus Spiritu sancto repletus vale dixerit immaturus? Cur cognatis item, amicis, Domuique toti Celsi Nuncius nuncium miserit festinanter, qui nunciare venerat, conversari, ac prædicare, non commercia devitare, populos fugere, homines declinare? Cur deserti Luc. 1. 15.
latebras, qui Sanctus auctoritate Divina, priùs vindicatur, quàm natus, immaturè petierit, ac si venena sibi in domo præcaveret parata? Non inficior,me legisse apud Nicephorum, *c* Joannem hunc Sanctissimum Præcursorem, fuga à Parentibus abreptum fuisse,dum alterum cum dimidio ageret annum; atque in spelunca quadam ad Regionem Montanam silentio latuisse; ut Herodis sanguinariam effugeret manum. Veruntamen diligentiori mihi videtur examini committendum, exactio-

a *August. hom.34.in Joannem.* b *Dam. Ser.1.de S.Ioanne Baptista.*
c *Niceph hist.lib.1.Item Bar.ad annum Christi 1.t.1.*

ctiorique pensandum trutina, per hunc trimulum, non sine Numine in hac secessione patratum.

Hominem namque Divinitate repletum, vixque mundum ingressum, tot cum prodigiis, gloriosum: Gloriam mundi fugere, homines devitare: notos, amicosque calcare: posthabere Parentes, interque montium recessus, inter sylvarum anfractus, inter petrarum hiatus, valliumque subterjacentem se recipere vastitatem, summæ prorsùs est Sapientiæ, non humanæ virtus infirmitatis. Consulatur ergo tenelli Præcursoris consilium, necesse est: Quænam fuerit causa, immaturus protinùs Paterno secessus hujus à tecto; dum non insipiens tantùm ipse, sed sapientiores terræ consules ad hujuscemodi rei obstupeant novitatem. Quæ enim homicidia, (urget Claravallensis *a*) quæ sacrilegia, quæ flagitia puniturus erat in semetipso, qui plenitudinem gratiæ sanctificantis ex utero Matris accepit? An non repletum novimus Spiritu sancto, in alvo matris occlusum, Angelo teste? Qualis ergo in ipsum irruit timor: ut Antra deserti teneris sub annis, *b* Civium turmas fugiens, peteret festinus, qui luere non habebat admissa? Ne levi saltem (Ecclesiam porrò magistram habemus) maculare vitam famine posset. Noverat quippè Puer iste purissimus, Divino eodem, quo erat repletus, Spiritu dictante, ac edocente: Arborem secus viam positam, fructum suum ad maturitatem usque servare, nedum difficile, sed impossibile penitùs esse: *c* ita & hominem juxtà sæculi semitas stantem, Innocentiæ pretiosissimum, ad mortem usque thesaurum custodire non posse, nisi semitis ipsis viarum publicis declinatis. Innocentiam propterea, munere sibi peculiari ex matris alvo collatam, impollutam omninò, & jugi vitæ tempore custodire, & Sponso reddere volens Datori: mundana scitè pertimescens fluenta, uti non maculas abstergentia, sed maculas, & nigredinem plurimùm inducentia: mundo se abripere, coinquinatos fugere, turmas vitare, declinare Gentes, latebras concedere, antro se recipere, *d* solusque cum solo Deo vacare (Spiritu ductore) ut potuit tempestivè, curavit. Quis enim scit, si maculosus aliqualiter (ne-

a *Bernard Serm. de nativ. S. Ioannis Baptista.* b *Hymn. S. Ioannis Baptista.* c *Ex Chrysostomo homil. 30 operis imperfect.* d *Consule Demian. Serm. de S. Ioann. Baptista.*

(nescio an mihi liceat id auspicari) forsan inventus fuisset ab exactore, inter maculosos à nativitate ad missionem cohabitans: Qui commune cum feris in solitudinibus habens tentorium, talis repertus fuit in morte, qualis, Spiritu sancto repletus, sanctificatus exivit ex alvo? Prudentissimo itaque, sapientissimoque consilio, & periculum præcavit, antequam immineret, & periculo se subtraxit præviso, priusquam propinquaret, jam instans. Unde ætatis ipse supergressus infantiam, infantula quæque devitans, magnopere se cunctis præbuit admirandum. Nec abs re quidem, qui verbi Prædicator Maximus erat futurus: Qui pœnitentiam venerat nunciare: Qui Monasticæ, Eremitalisque vitæ formam erat ostensurus exemplo: Ioan. 5. 35.
Quique lucerna evasurus erat ardens, ac lucens; ut pararet Domino plebem perfectam, infantilia cuncta devincens, Populum declinavit tumultuantem: nam ut disceret in silentio, quæ foret inde prædicaturus; pœnitentiæ asperitatibus priùs instare, contemplationique Divinorum plurimùm vacare, necesse erat; ejus exemplo: Qui priùs cœpit facere, quàm docere: Ne Prædicatio ipsa contemneretur necessaria Negligentis omninò. Prædicatio siquidem verè contemnitur ejus (Gregorium a habemus legislatorem) cujus vita à Prædicatione discordat; nec legibus statur illius, qui suis leges ipsas operibus destruit, ac prosternit. Quid ergo? An non incentivum nobis fervoris est, & materia confusionis, veræque humilitatis impulsus Ducis invictissimi hujus asperitas vitæ, qua & arguimur tepidi, & convincimur negligentes? Bone Deus! Quis quemquam audivit unquam, quis vidit talem, nec cibum sibi quærere, nec vestitum? Victum, & vestitum habentes (vox est Apostolicæ perfectionis) his contenti simus. Hæc tamen omnia (ut perfectiorem nobis daret abstinentiæ normam, ac pœnitentiæ) Joannes, Apostolorum vertex ipse contempsit; ne esca, ac tegumentum, plurimi fieret apud ipsum, Divina ipsissima Gratia, quà & sustentabatur, & protegebatur Angelus summi Patris. Pilis ideò Camelorum indutum, locustasque, ac mel comedentem sylvestre, Evangelista commonstrat; ac si diceret: (uti & dixit quidem Dominus) En, ut proponitur vobis Joannes Eremiculis Eremita: Jejunus, ac nudus. Nudus planè, (ponderat

Luc. 1. 17. · Act. 1. 1. · Isai. 66. 8. · 1 Tim. 6. 8

a *Gregor. hom. 12. in Evang.*

derat Damianus *a*) qui pilis tantùm induebatur Cameli. Rigida enim vestis, durissimisque hispiditatibus circumtexta, rigore squalorifero corpus afficit Patriarchæ. Sed & nihil penitùs coctum, nihil gustosum, accipit summa jejunantis asperitas: quæ locustarum tantùm, mellisque sylvestris contenta erat edulio. Locustæ namque (teste Pelusiota *b*) non animantia sunt comestibilia, uti nonnullorum circumfertur opinio; sed herbarum quarumdam summitates, ad vescendum ingratæ: melque sylvestre, non herba est, gustui utcumque delectabilis, uti quidam falsi sunt imperiti; sed mel montanum, quod ab agrestibus confectum apibus, summè amarum est, gustuique infestum omninò, ac inimicum. Si igitur Camelorum pilus, hominum haud est indumentum; si locusta, melque sylvestre, cibus dici non valet; dum nec delectat, nec satiat: quid est, quod sensum non intelligimus Veritatis, dicentis: (ut prædiximus) Venit Joannes non manducans, nec bibens; itemque non vestiens, ex Bernardo? Confundantur ergo, & revereantur mundani; quin imo confundatur planè, ac revereatur vita Religiosa, tot deliciis, istis temporibus, infulata, affluentibus tot adminiculis fulta, ferculorum tot varietatibus impinguata; Patriarchæ hujus Sanctissimi, innocentissimique singulari hac, prorsusque incredibili afflictatione perpensa. Hic namque hirsuta contectus veste, summaque confectus inedia; peccata, inter recessus Eremi, quæ non fecit, exoluit. Nos delicati carnis nostræ cultores; vestiti duplicibus; varietate, ad ventris usque repletionem (utinam non usque ad gulæ eruptionem) optimorum satiati innumerorum ferculorum; innumera, quæ commisimus adhuc facinora, post terga cœci proiicimus, ac immemores. Joannes, Monastici dogmatis Princeps, vix natus, in Eremo nutritur, vivit in solitudine, in arentibus locis moratur; Christumque tantùm expetens solitarius, non vult cum hominibus conversari, ne impedimentum Monachali philosophiæ inferant aliquale: in hoc perfectum Monachis præbens exemplar, ne solo nomine cucullati, forum pro claustro teneant, pro oratione negotia. Hi verò (utinam tales non inveniantur in Claustris) nomine plurimùm, Effectu parùm, & Re, verè Monachi: ac si negotia pertra-

Marginal notes: Matth. 11. 18 — Ps. 34. 4. — Prov. 31. 21

a *Damian. eod ser. ubi sup.* b *S. Isidor. Pelusio. ep. 32. lib. 1.*

tractanda venissent in Claustro, Claustrum habent pro Foro; dissolutoque vivendi tenore, & Monachismum vilitant, & Omnipotentem provocant ad vindictam. Fœlix ipse Joannes Urbes deserens, despiciens homines, terrena conculcans; amicis, cognatis item, & notis, quin & Parentibus ipsis firmo proposito valedicens: Christum Parentem optimum, & cum eo desiderabilia cuncta invenit in solitudine. Cucullati (justo ex hoc dixerim titulo infœlices) corpore jamdudùm desertas Urbes, mente iterum, animoque inhabitantes, sæculari que ritu cum hominibus nonnunquam conversantes: & amiserunt relicta, & Christum in Eremo non invenerunt: Uti cuidam malè viventi Monacho, Consuli quondam in sæculo, *a* Abbas Sanctissimus ille dixit: hui infelix! & Consulem amisisti, & Monachum non fecisti. Videant alii, quid sentiant: sentiant quidquid velint (utinam sensu, omnes Instituti ejusdem, ducerentur Hieronymi! *b*) suo quisque ducatūr sensu: Mihi oppidum carcer est, & solitudo Paradisus. Unde etsi desertum corpore habitabat, conversatio tamen ejus continenter erat in Cælis: ubi & Christi Domini spiritualibus fruebatur amplexibus, & æternæ Beatitudinis Civium cæterorum aspectibus, conversatione, commerciis, solabatur. Beatus igitur, terque, quaterque Beatus, omnique millies fœlicitate fœlicior, Monachus ille, *c* qui sui nominis interpretationem agnoscens, solus sedet, ac tristis: sua videlicet, mundique totius peccata lugens, officioque suo perfectè vacans, alienum officium non usurpat. Quid Monachorum norma, Princeps, ac Patriarcha docet Baptista? Mundum, & ea, quæ immunda sunt mundi, delicias, carnis illecebras, oblectamenta, divitias, amplas opes, opulentias, perituros honores, amicos item, notos, atque cognatos, imo & Patres ipsos (quos percalcandos adhortatur Hieronymus: *d* percalcatum perge Patrem, percalcatam perge matrem: ad vexillum Crucis evola.) pro uno Deo despicere: Deum, & Cælestia jugiter meditari: asperitatibus, ac pœnitentiis carnem cum vitiis, & concupiscentiis suis, pro tot admissis sceleribus, crucifigere: ac demum inferioribus omnibus post- Galat. 5. 24

Phili. 3. 20.

D habi-

a *Apud P. Lezanam lib. de refor. regular.* b *Hieron. ad Rust. Monach. ep. 13.* c *Consule Chrysost. hom 70. in c. 22. Matth. qui fusè de vita, moribus, & laudib. Monachor.* d *Hieron. epist. 1. ad Eliodor.*

1.Thess. 1. habitis creaturis, soli Deo vivo,& vero,vacare: perpetuum ex
9. nunc cum Divinitate consortium ineuntes. Hæc (N.N.) hæc
summa est vitæ Monachalis ac Eremiticæ:hanc plane vivendi
formam Monachis, Monachorum Gratiæ primus, ac Eremita
Joannes,ostendit exemplo:ut quid ergo declinatis ab eo;dum
ejus cupitis discipuli nuncupari,ejusque posthac gloriam pro-
mereri, cujus nunc vestigia premitis, cujus insistitis discipli-
næ?Ipse enim vester est Princeps (ait Chrysostomus *a*) ipse
vester Dux,ac Magister: ipse primus Monachus: primus sub
Gratia Patriarcha. Attendite ergo dignitatem vestram,ò Mo-
nachi; ne damnabili vestra culpa,ab ea damnabiliter excida-
mini.

Ast prodeat, nunc quæso, parumper de cavernarum latebris
in lucem, Lucem qui venerat nunciare,ardens Lucerna. Mis-
sionem expleat suam: Qui missus fuit à Deo, Angelus, Homo;
Joa.1.6. Cui nomen est Gratia; *b* dum & Gratiā sonat Joannes. Fuit
homo missus à Deo: si ergo missus à Deo (interloquitur Au-
gustinus *c*) omnium planè hominū dignitatem,incompara-
bili sua dignitate transcendit. Cui nomen erat Joannes: (E-
vangelista sequitur) Ergo gratiosus ex nomine, qui Gratiæ
7. charactere signatur. Hic venit in testimonium,ut testimonium
perhiberet de lumine. Et quidem Sapientissimo summæ Tri-
nitatis Consilio id factum esse credamus; ut videlicet ante
5.35. Solem primò præmitteretur Lucerna: (ipse enim erat lucer-
na ardens,& lucens:) ne Solis lumine subitò cæcaremur. Quis
enim hominum, Solem Divinitatis, Solem justitiæ Christum,
emicantem in claritate, lippienti potuisset oculo sustinere;
Ibid. (tribuatur id Augustino *d*) nisi priùs Beatum Joannem,
veluti lucernam,præmisisset? Nullus arbitror:nullus omninò.
Hac itaque media, hac interposita: Vidimus Gloriam ejus,
Joan.1.14. Gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ,& veritatis.
Unde & congruenter quidem, de se testimonium Joannes ipse
23 perhibens, ait: Ego vox clamantis in deserto. Nam sicuti res
penitùs nulla verbo vicinior, voce; ita nec ullus prorsus Joan-
ne propinquior Soli. Cujus etenim ipse vox? Verbi nonnisi
cer-

a *Chrysost. hom. de S. Ioanne Baptista 10.3.* b *Damasc de S. Ioanne Baptista ora.1.* c *Aug. Ser.1. de eodem.* d *Idem, Ser.2. de S. Ioanne Baptista, qui est 21. de Sanctis.*

certò Unigeniti Patris, cui fuerat à Patre ipso præmissus. Si vox ergo Verbi Joannes; Verbo, nemo (ut prædiximus) vicinior ipso. Nemo planè: (patentibus id verbis adstipulatur Clararavallensis *a*) tantò enim ipse propinquior Deo, quanto vox Verbo vicinior, cui nulla voce alia media, quod foris sonet, oporteat intimari. At si vox ista testimonium venerat Joa.1.7.
perhibere de Lumine: Si mundo lippienti Lumen venerat revelare: Si officium (accepta cedula) Prædicatoris assumpserat: qui nam titulus ejus præcipuæ Concionis? Lucam expensorem habemus. Venit Joannes in omnem Regionem Jordanis, prædicans Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc.3 5.
Ergo peccatorum remissio, Baptismo pœnitentiæ nunciato, Prædicationis Assumptum est Principale; sed quale Thema? Matth.3.2.
Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum Cælorum. Prima autem Concionis Pars qualis? Increpationes, correptiones, minæ, animadversiones, ex Charitatis gurgite, ob Divini honoris, animarumque zelum, procedentes: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? 7.
jam securis ad radicem arborum posita est: omnis ideo arbor, 10
quæ non fecerit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ibid.
Quæ verò pars Missionis secunda? Humilitas, & vilificatio propria. Venit Fortior me, post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum. Marc.1.7.
Ego enim baptizavi vos aqua; Ille verò baptizabit vos Spiritu Sancto. 8.
Posthæc, quæ reassumptio Concionis? Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Joan.1.29.
Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. 33
Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. 34
Sed quæ tandem prædicationis totius erit expletio? Capite minui. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marc.6.18
Et decollavit eum in carcere; & attulit Caput ejus in disco. 28
Quid vobis ergo videtur de hac Baptistæ Præcursoris legatione; dum sanguine madidum collimatis, quem sanctificatum ab utero, Spiritu sancto repletum ab alvo, innocentissimum, castissimum, verè sanctissimum expendistis? Infœlicem forsan denunciatis, ac miserum; hominum verè omnium fœlicissimum? Errore statera vestra hæc seducitur carnis: nam eo honoratior, eo fœlicior nullus Athleta;

D 2 dum

a *Bern. serm. de S. Ioanne Baptista.*

dum sanguine proprio, Agno vivente, quem venerat prædicare, legationis ejusdem, ob zelum ejus, quem tuebatur, meruit obsignare; quo & fides crucifigendi crevit, & merita sibi conciliavit immensa. Ubi verò erga talem, ac tantum Verbi Prædicatorem, populorum circumstantium plausibiles voces? multas quidem, & multas, ex Sacris Evangeliis recolligimus. At reticendum consultò minutæ plebis extollentias autumo,
Luc.3. 15. (quæ quidem brevitate non coarctantur, cùm Christum populus eum omnis existimarit) ubi Principes, Rectores, ac Seniores populi, sua in ipsum apertis vocibus diffundunt præconia:
Act.4.8. Messias es tu? Elias es tu? Propheta es tu? Ast quis est ho-
Joan.1.20. mo, comparatus Deo? Pulvis, & cinis; quin imò Generatio-
21 nes hominum cunctæ (Isaja teste) tanquam nihilum, & ina-
Job 22.2. ne reputatæ sunt ei. Taceat ergo omnis hominum lingua;
Gen.18.27 lingua Verbi loquente: Deo fante, sileat homo. Ubi enim
Isai.40.17. Deus ipse laudum præconia, voce sua, modulatur, ac plausus; ut quid necesse habet plausus hominum exaudiri? En ut
Matt.11.7. vocem laudibus plurimis effert Verbum: a Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Non utique hic arundo; quem nec ventus impellit, nec flatus incurvat, nec favor inclinat, nec flectit Potestas quævis sub Sole. Non levis quidem est Ipse calamus; nullam habens virtutem, nullam servans medullam: sed stabilis planè columna, quæ nec quassari novit adversis, nec prosperis elevari. Non blandum gratia, non asperum ira, non timor, non adulatio, non minæ, non blandimenta, non amor, non odium cujuslibet, deflexum novit unquam à veritate, quem fragilissimam forsan arundinem æstimatis. Sed quid existis videre? Hominem molli-
Matt.11.8. bus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Si mollibus tectus Joannes, quem hispidis, hirsutisque Camelorum pilis indutum novimus; si inhabitans
Luc.1.80. Regias, qui trimulus adhuc humilem Patris tectum aufugit;
Prov 31. quid ipsi dicent Aulici, bysso, ac purpura vestiti duplicibus?
21.22. Byssus, & purpura, sub tectis aureis, indumentum vestrum! væ vobis miseris. Quid ergo existis videre? Prophetam? Pro-
Joan.1.26. pheta planè Joannes, qui inter Propheticam, & Præmonstratum, medius constitutus, inter Christum videlicet, & Prophe-
tas,

a *Consulatur omninò in id Gregorius hom.6. in Evang. ubi plura.*

tas, Prophetarum Omæga dicitur, cæterorum omnium Maximus, & Alpha Evangelizantium; Princeps omninò cunctorum. Sed parum quidem esset, Prophetæ tantùm titulo exornari, qui præstat cæteris; nisi præstantiori nomine signaretur: Etiam dico vobis: (lætamini, qui diligitis eum; en amplioribus fascibus constipatum:) etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. Matt. 11. 9. Sed quonammodo? Cæteri tantùm (audiatur Ecclesia *a*) cecinere Vatum, corde præsago jubar affuturum: Tu quidem mundo scelus auferentem, indice prodis. Maximus planè Vatum post Matrem (audiendus est Filius Augustinus *b*) qui moræ prorsus impatiens, munus implendi, Matris exultans in vulva, clausum adhuc in utero Christum venisse, nunciavit. Fervens nuncius, qui ante gestivit nunciare, quàm vivere. Impatiens Dux, qui antequam perveniret ad corpus, pervenit ad Regem; ante rapuit arma, quàm membra; ante aciem petit, quàm lucem; & ut vinceret mundum, vicit ante naturam. Hæc ille. Si jure igitur Prophetis præponitur plusquam Propheta Joannes, dum cæteri prophetantes venturum prænunciaverunt; Ipse verò digito prodens, venisse demonstravit Messiam; Cui comparabo te, aut exæquabo te, Thr. 2. 13. sterilis Fili, virgo perpetuus, maximè Vatum, Præcursor sanctissime, Illustrissime Patriarcha? Audiat invidus, & obmutescat: Mat. 11. 11 Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Babtista. At si omni penitùs hominum generatione major; si hominibus cunctis prælatus; si eo Sanctior, hominum nullus visus est adhuc: quid restat, nisi ut jam non homo, sed Angelus (Veritatis oraculo) Baptizetur? Exæquetur Angelis planè, qui ante pervenit ad Cælum, quàm tangeret terram; ante Divinum accepit Spiritum, quàm humanum; ante vivere Deo novit, quàm sibi. 11. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem Malac. 3. 1. tuam, (quid ulterius superaddi possit ignoro) qui præparabit viam tuam ante te. Præconium porro, præconium omnium Scripturalium maximum. Angelus summi Patris adnominari: Angelicis Choris intertexi: Spiritibus Cælestibus æquari natus ex muliere, factus sub lege, carne contectus homo! Ad novitatem obstupeo. Ecce ego mitto Angelum meum.

Si

a *Hymn. S. Ioann. Bapt.* b *Aug. ser. 3. de S. Ioa. Bapt. de Sanctis.*

Si ergo Angelus; ut quid laudatum demiramur, una voce, à populis, à linguis hominum, à Gentibus, à Principibus, ab omnibus, qui sub Cælo sunt; imò ab ipsis, qui super Cælos, Angelis, Archangelis, à Civibus Beatæ mansionis æternæ? Concredantur, & jure quidem, Angelo, ne dum horum omnium laudes, quibus præcunctis effertur, sed & omnium Creatoris Maximi laudum præconia, quibus eminentiùs, præ cæteris, elevatur: dum, licèt homo, quantùm ad esse; Verus tamen Angelus (qui, ex Gregorio, *a* Missi) quoad officium, vivendi formam, vitæ puritatem, ac Sanctitatem, inveniri meritus est, ac signari. Meritò sibi datum est porrò, quod omnibus adhuc est denegatum; (ponderatio Damiani *b*) Baptizare videlicet Eum, qui in Spiritu baptizat, & Igne, Patris Unicum Verbum, Virginisque Filium, manibus virgineis, Virginē irrorare. Totus planè obstupeo baptizanti, hominemque Dei magistrum revereor: dignitatem admiror; dignationem veneror; & hominem (stupens) ipsis inferre Cælis violentiam expendo. A diebus
Math. 11. 12 enim Joannis (Evangelio teste) Regnum Cælorum vim patitur. Ipse namque, eximia sua virtute, ac fortitudine, munitissimo ipsi Regno Cælorum videtur aliqualiter intulisse; *c* vincens mundum, diabolum, semetipsum. Quo quidem, patenter nimis, Joannis supereminens magnitudo datur intelligi; dum tanta, ejus ævo, effusa est gratia super terram, ut Regno ipsi Cælesti vis ab hominibus inferatur. Præcellit propterea cunctos, qui Gratiæ minister Primus fieri meruit, eminet Universis; antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, (vox quidem vox Augustini, *d* relatio mea) & quisquis de muliere natus est, inferior est Joanne. Inferior planè. Cui enim hominum dictum est aliquando: Fuit homo missus à Deo? A Deo quidem missi, Prophetæ: sed nullius missio (signato diplomate) Mittentis ore proprio, nunciatur. Quem legimus in Codicibus, Sanctis ipsis Angelis, indubitabili testimonio exæquatum? Quis Spiritu sancto abundanter ita repletus ex alvo? Quis adhuc infans, Principis positus in prospectu, matris occlusus in ventre, exultavit ut Gigas? Quis tam sublimiter legi-

---

a *Gregor. homil. 34. in Evang.* b *Dam. ser. 1. de S. Ioanne Baptista.*
c *Consulatur, in hoc, Chrys. hom. de S. Ioanne Baptista to. 3.* d *August. ser. 2. de nativ. S. Ioan. Baptista.*

gitur conversatus, Eremita factus ab incunabulis? Quis Regno Cælorum ausus est vim ante ipsum inferre? Quis Magisterium (penè dixerim) in Angelorum, hominumque Præceptorem exercuit, ita ut baptizaretur ab Eo? Quis aquis abluit, quem macularū Absterforē venisse, non dubitamus? Cui se primùm Trinitas revelavit? Abrahamo fortassis, quem tres vidisse, Unum legimus, adorasse? Figura quidem fuit, non veritas; umbra, non essentia; Angelos enim tres excepit hospitio; quibus Trinitas ipsa (Joanni patenter mox revelata) figurabatur. Omnia in figura contingebant illis. Quem, demum (ne protrahere in infinitum compellar filum) Quem, inquam, sic honorat Ecclesia; quæ Mater credentium est, Veritatis magistra; ut ejus celebret (Humanatæ Divinitatis ad instar) gloriosissimum diem natalis? Joannes, ubique major, in omnibus singularis, mirabilis super omnes; solus porrò cōjunctim habet, quod nec sejunctim quidem, millia millium habuere. Si enim Patriarchatum quærimus; Joannes finis, Caput Joannes Patriarcharum. (cui quidem assertioni, tenaciter adeo cohæret Baronius, *a* ut hæreseos damnet imbutos, secùs docentes.) Si Prophetiam scrutamur in ipso; Ipse plusquam Propheta. Si Apostolatum desideramus suum; hunc vindicat Vindex Omnipotens Deus, cujus Missus vindicatur ubique. Apostolorum propterea Princeps, ac Vertex, quia Apostolus summi Patris. Evangelistam habemus, quem & Primum novimus Christi Prædicatorem. Evangeliique primum item messorem. Nisi Martyr Baptista, qui Martyrum extitit lumen, Martyrii præseferens Primiceriatum; quis quæso Martyr erit? Eximius necne summæ Veritatis confessor fuit, qui confessus est palam: Non sum ego Christus: Ecce Agnus Dei; Proque confessione Veritatis, veræque Fidei, minutus capite? Virginitas summum Joannis decus; Joannes summus decor Virginitatis. Elias ipse, virtute illius gradiens, ardens, ac lucens, ut ille. Quidni, non Sponsi item Amicus, qui Sponsalium extitit Præparator? Quod Verbi vox ipse sit Judicantis Præco, Præcursor Christi, neminem latet.

Gen. 18. 2. 3. 18. 5.

1. Cor. 10. 11

Joan. 1. 20. 29

Matth. 11. 14

Joan. 3. 29.

a *Baron. ad ann. Christi* 31.

latet. Angelicis ipſum eſſe intertextum Choris, qui Angelus, vivens adhuc mortalis, meruit nominari, omnes fatemur, ex Evangelio. Ergo quis tua poterit humana voce præconia laudum prætexere? Videant cæteri. Meæ interim parce temeritati, proque me miſellulo Chriſtum exora, ut poſt te currens, ſua valeam implere præcepta; Eique poſthac copulari; Qui præſtat cunctis: Amen.



DE



DE S. BASILIO MAGNO,

Monachorum sui Nominis Patriarcha.

EGO QUASI VITIS FRUCTIFICAVI. *Ecclesiast.24.23.*



LLVSTRES Sanctorum Patriarcharum Progenies (N. N.) Palmitum Vitis ad instar, Terræ Immensam quodammodo Vastitatem, manibus suis spatiosis, sensim obumbrarunt adeò, ac protexerunt; ut squallidus plurimùm, macensque Vetus Orbis ille; pennis, ut Aquila, renovatus; *Psa.102.5.* nec luce, ut ante, orbus; in præsentiarum penè non recognoscatur in Novo; Elegans cujus effigies, tanto Divinis formosior modò apparet obtutibus, quantò venustioribus longe pygmentorum Cælestium lenociniis, Patriarcharum opere, ac labore, concinnè conspicitur infulata. Quos inter, si collimato peracta tempora perlustrabimus oculo, Magnum illum tenellæ adhuc Ecclesiæ Doctorem, acerrimum hæreticorum malleum, conspicuum Evangelicæ veritatis Solem; qui radiis Divinæ suæ Theologiæ totum undique per circuitum Orbem illustrat; Cælestis Theorematis Pharum, firmissimam Monasticæ disciplinæ columnam, Pontificii decus æternum: utque paucis porrò complectar immensa; Immensum Chaos omnigenarum virtutum, Cappadocensem Basilium, inter Primos, nonnisi certò, comperiemus: imò & Principem absolutissimum, post Baptistam. Quippe qui Divinis moribus, ac Doctrina, à primis fermè ætatis suæ annis imbutus, Divina didicit optimè, ac Apostolica excolere instituta; postque

E Bap-

Baptistam, impensiori adeò insistere studio, ferventioribusque gressibus vestigia ejus premere, qui veræ omnibus factus est norma Philosophiæ: ut & eximius, præcipuusque ejuscemodi cultor euaserit, & Præceptor sapientissimus Doctrinæ hujus
Ps.49.1. extiterit; & à Solis ortu usque ad occasum, ejus opere, studio, ac labore, laudatum expenderit mundus, ne dum laudabile nomen Domini. Quid ni, quos illinc in ortu Solis grauidos, Fœtosa vitis hæc admirabilis, frondentesque produxit Palmites, ad occasum usque, protentis hinc inde brachiis, non nouimus confluxisse, Orbemque funditùs per circuitum obumbrasse? Si balbo mihi, insipientique erit tacendum; lapides ipsi,
Luc 19.40 Matth.3.9. naturali per Diuinas ejus regulas exuti duritie, atque in filios conuersi Abrahæ, ubiq; certò terrarum magnis clamoribus vocitabunt, ac dicent: Hic est, qui Dei timorem, & præceptum Domini, virtutemque multiplicem, homines docet: hic, verbi
Prov. 30. 30. Tuba, Magnus ubique, Leo fortissimus Bestiarum; qui suæ vocis rugitu, omnes penitùs Orbis terrarum fines comprehendit. Hæc lapides alloquentes, ex Surio a ubi possent, de Magno proment Basilio. Qui tertium licèt occupet locum nostræ hujus Patriarcharum Coronæ, (Elias enim, & Baptista Joannes, Primas Cathedras, Primos recubitus, Principem, jure proprio, in hoc Senatorum consessu occupant locum) virtutum tamen præstantia, monachalium Regularum traditione, necnon & temporis antiquitate, non dubium, quin cæterorum Dux (ut prædiximus) Vexillifer, Princepsque & ipse possit non injuria vindicari. Faxit igitur Bonorum omnium Dator Deus, ut & egregia, quæ prosequimur, gesta ejus retexere, & quæ implenda tradidit monachalia instituta, opere implere valeamus, ac re, qui perfectioni plurimùm instare tenemur. Te autem id miserante speramus, spes nostra Sanctissima Parens, miserorum apud Filium verè potentissima Advocata; Advoca igitur causam nostram, nosque tuere, ut nostrum dignè debitum expleamus. Angelico propterea te salutantes oraculo: Aue (prostrati
Luc. 1. dicimus) Maria, Gratia plena.

Eccl.24. 23. *Ego quasi Vitis fructificavi; loco praallegato.*

Castæ Generationis, castissimum nonnisi oportebat esse Parentem; ne Patris ingloria, Filiorum utcumque coruscatio, atque

a *Surius to.1. in die Circ. ubi plura in laud. Basilii.*

atque mundities fœdaretur. Superbæ construendæ Molis firmissimam, fortissimamque nonnisi certò Basim esse decebat; ne fundamentorum debilitate, vel in partem superædificanda moles corrueret, vel non perstaret in totum. Magnum verò Basilium (breuem de quo modò sermonem facimus; quemque eximia fuisse præditum castitate, luculenti mox expendemus judicio) Basim verè firmissimam, stabileque euasisse Orbis utriusque Fidelium fundamentum; & Ephrem *a* didicimus Auctorante; & sermone posthac paululùm increscente, dilucidiùs emicabit. Nunc verò propè fluenta Jordanis parumper insistamus oportet; ne superna quadam admirabili visione fraudemur. Cùm igitur Hierosolymam Basilius noster (utroque stipite, illustrissimo natus) quæ isthic nostræ salutis sunt miracula perpetrata, adventasset visurus; anxius in iisdem Jordanis Aquis regenerari, in quibus Verbum caro factum, Patris testimonium, voce de Cælo delapsa, sanctique Spiritus Paracleti, columba desuper visibiliter adventante, cunctis clarè cernentibus, audientibus, admirantibus, dum baptizaretur, excepit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite: Spe roboratus, isthinc omninò sanctificari, Matt. 3. 17.
ubi Sanctus, innocens, impollutus Dei Agnus, Diuinitatis contactu, sanctitatis reliquit impressionem: Ad Maximum Hierosolymitanæ Urbis festinus contendens Episcopum; flexo poplite, Diuinum sibi conferri Baptisma, humili est deprecatus oratione. Demiratur juvenis feruorem Antistes; tantumque, ac talem referari in juuenili pectore ignem, stupet immotus; qui nec ejusmodi sanè scintillam in consummatis ipsis Philosophis valuit experiri. Tacet parumper suspensus; inde paululùm expensurus, quid genibus prouolutus juuenis iteratò sciscitaretur: Ipse verò sciebat quid esset facturus. Cernens Joan. 6. 7.
itaque quod defixis in terram oculis immobilis diù perseueraret, ac tacens; nil amplius, præ cordis ingenti humilitate audens effari; illum toto cordis amplectens amore, precibus, osculo pacis impresso, benignè annuit, dicens: Eja fili, lætare, Joel 2. 21.
& exulta; quoniam tuæ compos fieri meritus es ignitæ petitionis: Quod expetis, obtinebis; accipies, quod expectas. Hisque, non sine Numine, dictis; illuc magna populi affectante seque-

a *S. Ephr. in laud. Basil. tom. 3.*

la se contulit festinatò, quò aquis regenerantibus ferventissimum nostrum erat Basilium abluturus. Interea reuerenter nimis humi prostratus juvenis; dum veterem in sanctificati fluminis ripa cum suis actibus exuit hominem, non cessat cum lacrymis, & ejulato valido, aliquod à summo luminum Patre, suæ hujus ad eum conuersionis signum expetere supplex. Num ergo, ob id, incredulitatis taxabitur nota, qui fidei probatum aurum asseruabat in corde; utque incredulus arguendus à Veritate: Generatio praua, atque perversa, signum quærit, & signum non dabitur ei? Exitus acta probat; indicat veritatem euentus; dum qui Fide petiit, nihil hæsitans, obtinuit fide. Factum est itaque, ut eo baptizato, & orante, (vindicem veritatis habemus Amphilochium, *a* Surium assertorem *b*) coruscus super eum incideret ignis; atque ex eodem fulgore columba exiens, turbansque Jordanis aquas (locus planè signorum eorundem mirabilium consuetus) reuolaret in Cælum. Hæc ille. Quo autem adstantes fuerint subito timore perculsi, vobis relinquitur pensitandum; cùm & miraculi nouitas, & Arcani scrutatio id maximopere præseferat. Ille verò immensas pro acceptis Deo referens grates; eidem se totum indè funditus mancipauit; Sanctissimoque Crucis ejus Vexillo, terrenis omnibus percalcatis, animum voto firmissimo subjugauit. Unde Christi Præceptoris ad exemplum, in asperrimam Ponticam solitudinem (Patriæ, Parentibus, Amicis, terræque bonis omnibus vale dicens; uno tantùm Gregorio Nazianzeno assumpto socio) festinatò secessit: inibi cum Thesbite, & Præcursore Baptista, summis hujus Philosophiæ magistris; imò cum ipso Christo, omnium Diuinissimo Præceptore, orationi plurimùm, mortificationi, cæterisque virtutum exercitiis institurus. Quod luculentiori quidem sermone Sanctissimus ejus collega Gregorius *c* prosequēs, hæc inter cætera fassus est, dicens: Quid igitur Præclarus ille, & Pacifici discipulus, Basilius? Quid inquam initio suæ ad Deum perfectæ conuersionis est exequutus? Nobiscum porrò hinc in Ponthum secedit profugus; pietatis gymnasia moderatur, atque cum Elia, & Joanne summis Philosophis, solitudinem, solitudinis-

Colos. 3. 9 Jacob 1. 17 Prov. 17. 3 Matth. 12. 39. Luc 3. 21. Jacob 1. 6.

a *Amphiloch. in vita Basil.* b *Sur. 1. Ianuar.* c *Gregor. Nazian. orat. in laud. Basil.*

dinisque Cruces,incommoda,pœnas,alacer amplexatur. Hactenus ille. Inviserat quippe Ægyptiacas,in quibus innumerabiles Angelorum cætus (fœtus planè Magni Antonii; qui Hieronymo, & Athanasio testibus *a* Angelorum hierarchichas sedes in solitudinem sapiens transtulerat Architectus) innumeros inquam Angelorum cætus stupens expenderat in corporibus fulgere mortalibus: indeque propterea præcipuus & ipse Eremi factus amator, Eremum inhabitare, solitudines colere (ex tunc) maximopere concupivit. Ipso eodem teste, *b* qui Eusthatio scribens,hæc protestatus est: Ego (inquiens) postquam multos apud Alexandriam invenissem, nec paucos apud reliquam Ægyptum,Sanctos Eremi cultores; indeque & alios in Palestina, Cælosyria, & Mesopothamia; quorum sum admiratus, tum in servanda dieta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam;ad quorum obstupui precandi vigorem, atque constantiam; cùm observarem, quo pacto nec somno victi,nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi; sublimem semper,& invictum animi sensum, in fame,& siti, in frigore, & nuditate servarent; nec corporis rationem habentes,nec aliquid illi curæ ab aliis sustinentes impendi;sed quasi in aliena degerent carne, ipso opere ostendentes,quid sit in rebus vitæ Peregrinum eße, & conversationem habere in Cælo. Cùm itaque illa admirarer,vitamque illorum ob id Beatam judicarem, cupiebam & ipse, quantum mihi poßibile foret, illos æmulari. Parum propterea inde putavi, si humili veste,illorum ad exemplum,induerer; sufficereque mihi ad faciendam ejusmodi rei fidem, crassum, rudeque pallium, & zonam,atque è rudi item corio calceamenta. Hæc de semetipso Basilius. Arctissimum cujus vitæ arreptum institutum, initia porrò,mihi videtur, tā sublimia tenuisse;ut diù in solitudinibus Cōsūmatos omninò vinceret,ne dū tantillus ipse æquaret Tyro.Quales enim ædes,quale tentoriū,quale stratū inhabitavit domiciliū in Eremo?Tuguriolū,tecto carens,& januis.Quas ferculorum varietates, ad famē expellendam adhibuit? Panē, & aquam:hanc quidem ex fonte nitido haustā; *c* illum ex justis laboribus conquisitū. Quis ejus lectus?pulvinar quale?Totum

1. Cor. 3. 10

2. Cor. 11. 27

Phili. 3. 20.

a *Hieronym.& Athanas in vita Antonii.* b *Basil. epist.19. Eusth.*
c *Pro simili Chrysost.hom.70. in cap.22. Matth.*

tum Mater viventium terra providit: terrā pro strato, pro pulvinari petram. Quæ opera, quæ exercitia, qualia solitudinis tædium sublevarunt oblectamenta? Novissimorum recordatio, oratio, Psalmodia, lectio, laboriosa opera manualia, cæteraque generis hujus corpus attenuantia, animum verò plurimùm impinguantia exercitamenta pietatis. Quæ demum solamina in angustiis solitariorum, quæ in pressuris voluptates, cogitationes, ac desideria; quæ ejus conversatio in Eremo?
Phili.4.12. Omnia habens in Christo, extra Christum quidquam delectabile non invenit. Christum propterea solatorem experiens;
2.Cor.1.4 unde conqueri non habebat: Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Ergo non homo, Angelus; qui Angelis factus est similis vivens in terris: vel si homo, homo planè Angelicus, sive
Isai.53 1. Angelus humana carne protectus. Sed quis credet auditui
Job 12.4. nostro? Quis nobis Auctoribus præstet fidem? Deridetur planè justi simplicitas: simplicis testimonium conculcabitur;
Joa.10.38. mendis arguemur pusilli. At si pusillo mihi non creditur: credatur necesse est Nazianzeno Gigāti, *a* qui & oculatus testis, ex quo collega; & fide dignissimus vindicatur. Hic namque arreptum prosequens amborum in solitudine institutum; his coloribus principaliora, scituque magis necessaria, depingere nisus est, dicens: Tugurium, in quo degimus, tectu, & januis
1 Pet.2.11 carens, nobis insinuat: Advenas nos esse, & Pregrinos, nec
Heb.13 14 habere permanentem in valle hac Civitatem: Focum, ignis, & fumi expertem; parietes igni exiccatos, ne luti guttis impetamur: Tantalis similes, eademque pœna mulctati, in aquis videlicet sitientes: jejunas etiam illas, & miseras epulas, ad quas è Cappadocia nos, novi, & ærumnosi naufragi, evocati sumus, conducentes, edocemur, paucis porrò, hisque & infensis omninò posse homines sustentari, ubi à Domino sustineri merentur. Hæc cōpendiosè adhuc, quoad attinentia foris. At consulendus iterum & pro intrinsecis, *b* ubi ait: Carnem, ætatis flore lascivientem, multis, crebrisque laboribus attrivimus: ventris satietatem vicina compescuimus rabie: oculos temperantiæ adjumento palpebris infiximus: iram abrupimus. membra devinximus: deploravimus risum, verbum Domini cogitan-

a *Gregor. Nanz. epist. 8. lib. 1.* b *Idem Greg. de silent. & jejun.*

tantes: Væ vobis qui ridetis nunc: Terram experti sumus stratum, & lectum; asperrima vestis membra contexuit: per vigilias lachrymarum adhibuimus imbres: interdiù humeros labori subjunximus: hymnis tota nocte concinnendis, corpus defiximus: instar statuæ, orationi semper institimus: nullam omninò humanam voluptatem nec in animum quidem, ne dum in cogitatu admittentes. Quid ad hæc ingentia pugiles ipsi dicemus? Magna sanè nobis esse videntur, quæ exequimur, verùm his singulis exæquata, ne dum exigua quidem apparent, sed ab oculis deperire videntur omninò. Quidni arctam fortassis eorum vitam existimamus insaniã? Insanimus & ipsi, id arbitrantes. Num non Ipsi veraciter, justoque titulo, sæculi Sapientes, qui posteris Sapientiam verè Cælestem revelarunt; ut Divinæ hujus Philosophiæ facti cultores, Angelicæ vitæ isthuc degentes in valle ratione fruantur? Mentiuntur nonnisi certò opus olivæ, qui horridam, asperam, sterilem, ferarumque potiùs, quàm hominum, vel damnatis præscriptam sedem, Eremi Beatissimam mansionem esse commonstrant. Ipsi siquidem ratione carentes (Hæreticis enim loquor, qui ut plurimùm solitudines nihili pendunt) veræque lucis prorsus expertes, cæci, miserabiles, ducesque cæcorum, nonnisi quæ tantùm à foris patent, expendunt; quæ verò intrinsecus latent innumera prorsus solamina, quibus solitariorum Animulæ ad effluvium dulcorantur, lippientibus obtutibus non offendunt. An non Magnus ille Thesbites Elias; Magnus ejus discipulus, duplici gratificatus Spiritu Eliseus; tot Filii gloriosissimi Prophetarum; Major omnibus Baptista Joannes; Paulus, Antoniùs, Macharius, Hilarion, Basilius, Nazianzenus, cæterique Generis hujus innumeri prorsus Philosophi, qui squallidas solitudinum diù excoluere speluncas; dum omni penitùs humano essent destituti favore, omni essent despoliati solamine, omnibusque mundi carerent deliciis; Paradisum, bonis omnibus affluentem, habitare veraciter sunt experti? Huc quidem advocanda sunt iteratò, quæ aliò verba Monachi Hieronymi *a* expendimus: Dicant cæteri quid velint, suo quisque ducatur sensu: Mihi Oppidum Carcer est, & solitudo Paradisus. Chrysostomus *b* eas propterea, quas supra commemoravimus, Ægyp-

[Marginal notes: Luc. 6. 25. — Habac. 3. 17 — Apoc. 3. 17 — Matth. 15. 14 — Cant. 4 1. — 4. Reg 2. 9. — Matth. 11. 11]

a *Hieron. epist. 13. Rustico.* b *Chrysost. hom. 8. in Matth.*

Ægypti memorans solitudines, non Terram ærumnosam appellat; sed Cælestium Incolarum Beatissimam sedem: ò Beata (dicens) Ægyptus! ò fœlices Augustorum mansiones! Quis mihi det, ut vester efficiar Incola! Si quis enim ad Ægypti nunc venerit solitudines, Paradiso omnem illam videbit Eremum digniorem; (mira quidem res! nedum æquatur, sed & præponitur viventium Regno Eremi solitudo!) & innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus. Hæc Chrysostomus,

At redeamus ad Magnum Monastices instauratorem Basilium: qui, omnigenarum virtutum varietate coruscans, quasi verus Sol inter Stellas, omnibus in solitudinibus tunc ubique degentibus, lumen suum profundebat affatim; speculum factus omnibus, ac exemplar veræ Monasticæ disciplinæ: quam, Baptistæ ad exemplum, Magni Antonii, Pauli, Hilarionis, cæterorumque Sanctorum Patrum Ægypti, ac Palestinæ; perfectiori adeò conduxit methodo; tum in vigiliis, & orationibus diu, noctuque jugi perseverantia exequendis, tum in adversis cunctis, fronte hilari perferendis, tum in laboribus quibuscumque incunctanter subeundis, tum in patientiæ, humilitatis, paupertatis, obedientiæ, castitatis, charitatis, cæterarumque virtutum actibus exercendis; tum in pervigili sensuum custodia, corporisque integrali virginitate servanda; (quam quidem (Nazianzeno a teste) omni studio, diligentia, cura, uti pretiosissimum thesaurum, custodiebat, custodiendamque cæteris demandabat, ne petulantiis, illecebrisque minimùm fœdaretur; unde & ait: Quis Virginitatem magis honoravit, quam recolendæ memoriæ Basilius? Carnis siquidem puritatem quasi lege sancivit (non solùm proprio exemplo, sed eorum item, quibus studebat) tum demum in frequentandis illis omnibus exercitiis, quibus & caro conficiebatur, & impinguebatur spiritus: adeò (inquam) perfectiori duxit methodo ascitam à Patribus Monasticam disciplinam, ut Pater, ac Princeps, jure meritò, deligi mereretur ab omnibus ejusdem Philosophiæ cultoribus per circuitum.

Factus itaque Pastor Animarum, qui sub cinere propriæ nihileitatis latitabat impensè; impensiori, quò antè, occœpit stu-

a *Nazianz. Orat. fun. in laud. Basilii.*

studio,& virtutibus cunctis insistere, & singulis sibi subjectis Ovibus (ne vel propria, vel subditorum ignavia, lupi rapaces gregem abriperent) vigilanter adeò, perseveranter, indesinenterque pro uniuscujusque necessitate angi, singulisque præesse; ut Angelus pro salute omnium missus crederetur à Deo. Ne igitur oscitantia, segnities, otiositas subditorum sibi aliquando imputaretur, virtute indutus ex alto, Baptistæ Luc.24.49.
Joannis ad instar, erat in deserto jugi tempore clamans: Pœ- Luc 3.4.
nitentiam agite; pœnitentiæ dignos facite fructus, ne tan- Matth.3.2.
quam palmites inutiles excidamini,& in ignem mittamini,in æternum urendi. Rectas facite semitas Dei nostri,rectè jugiter Luc.3.5.
operantes in omni justitia,& Sanctitate veritatis; Estote per- Matth.3.4.
fecti in charitate,qua & Deum ametis,ejus præcepta custodientes; & omnibus omnia facti, omnes amore intimo, sicut ani- 1.Jo.4.21.
mam propriam,complectamini. Vigilate,& orate,ut non in- 1.Cor.9.22
tretis in tentationem. Oportet enim semper orare,& non de- Mat 26.41
ficere,ne tentet vos is,qui tentare solitus est,Satanas; qui cir- Eph.4.24.
cuit semper, quærens quem devoret,Leo rugiens. Omni cu- Luc.18.1.
stodia custodite, Filii, cor vestrum, de corde fratribus vestris 1.Thes.3.5
injurias remittentes, neve sitis concupiscentes malorum, ne 1.Pet.5.8.
pereatis ex malo. Sint lumbi vestri funiculo veræ castitatis Prov.4.23.
præcincti, lucernæque bonorum operum semper ardentes in 1.Cor.10.
manibus vestris; dum qua hora non putatis Filius hominis ve- 6.
niet, sicut fur in nocte, computa revisurus. Attendite à falsis Luc.12.34.
prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, ut seducant, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Humiliamini sub 1.Thes.5.2
omnipotenti manu Dei, ac tanquam veri pauperes, ante ja- Matt.7.15.
nuam ejus jugiter state; suppetias utriusque hominis expe- 1.Pet.5.6.
ctantes. Macerationibus carnem edomate lascivientem, ut Spiritu impinguati,renovemini; in Cælestibus tandem,Aquilæ Empyrei, advolaturi.

His itaque, ac similibus Divinæ Scripturæ eloquiis, subje- 2.Pet.1.12
ctum sibi Gregem verbo Veritatis commonere non desinebat Pater Basilius, ut promptos ad dimicandum redderet, ad resistendum paratos,expectandumque Novissima aptos, optimeque dispositos institueret. Eodem propterea charitatis igne succensus,Divinas regulas illas, Spiritu afflante Divino, quas commendare superfluum, Monasticen Professoribus cunctis,

 nedum

nedum discipulis propriis (ut Baronii *a* sensum sequimur) piè, sanctèque præscripsit; in solitudine uberrimos fontes aperiens, è quibus Propagatores cæteri ejusdem Philosophiæ rivos copiosissimos adduxere. Luce ideò clariùs patet, Basilium omnium penitùs per Orbis circuitum vitam Monasticam excolentium, nedum in Ponthum, cæterasque Orientales solitudines degentium Monachorum, Patrem extitisse, legislatorẽ, ac Ducem. Arguendi propterea qui inscitia, & oscitantia, ad saturitatem usque suffulti, non Basilio in Monasticarum Regularum traditione Primas deferunt, sed cuidam Eusthatio Sebasteno; qui (Baronio teste *b*) Ariana imbutus hæresi, damnationem suorum errorum per Gangregem Synodum justè recepit. Unde & corripiendus in hoc Sozomenus, *c* qui cœcutientes in hanc partem Assertores sequutus, errores & ipse erroribus consarciens, eidem refert Primatum Eusthatio Monastices in Orientalibus Partibus institutæ: Apud Armenos (dicens) Paphlagones, Ponthique Accolas, fertur, Eusthatium Ecclesiæ Sebastiæ Episcopum cœpisse primum vitam Monasticam, austeramque illius institutionem excolere, à cibis ad usum vivendi necessariis, necnon à vestibus, quibus utendum est, abstinere; morumque, ac vitæ accuratè traductæ extitisse, fertur Authorem. Ob quod nonnulli, & tenaciter asserunt, & constanter affirmant, librum Basilii Cappadocis, qui de vita, & disciplina Monastica inscribitur, ab eodem Eusthatio legislatore emanasse, atque editum esse. Hæc ille. Qui quantùm aberret à veritate, luce evincitur arguente, Soleque ipso dilucidiùs vindicatur. Eusthatius enim hic, Sebastiæ apud Armeniam Præsul, nedum præclarissimæ Philosophiæ hujus, Aureiq; Basiliani libri esse nõ potuit Auctor; sed nec Monasticum unquam excolere institutum, dum Hæreticorum cæterorum ad instar, in Monasticen & ipse petulanter est debacchatus. Baronius *d* siquidem, accuratissimus Annalium Scriptor, non proprio ductus sensu, hanc nobis elucidat veritatem; sed tum ex scriptis Divi ejusdem Basilii, *e* qui Eusthatii ab incunabulis propè vitam retexens, nullam usquam habuit men-

a *Baron. ad ann. Christi 363 to. 4.* b *Idem Bar. ad ann. 361. to. 3.*
c *Sozom lib. 3 c. 13. Hist. trip.* d *Baron. eod. ann. 361. ut suprà to. 3.*
e *Basil. epist. 74. & 82.*

mentionem de suscepto ab eo aliquando Monastices instituto; tum ex his, quæ de eodem, Epiphanius Sanctissimus scripsit; Qui, *a* dū de Ario hæresiarcha impiissimo agit, quē condiscipulū fuisse tradit Eusthatii hujus, eademque ambo (ut præmisimus) imbuti hæresi; nihil penitùs, nec per nutum quidem, de ejusdem meminit Monachismo, nedum Monasticæ disciplinæ Patriarchatu, Regularum legislatione, ac Principatu: Quod an accuratissimos Patrum tantorum oculos effugere potuisset, qui nec minima prætermiserunt, nobis trutina relinquitur accuratè pensandum. Quod autem nullus penitùs ante Basilium cœnobiticæ vitæ usus viguerit in Armenia, Pontho, Paphlagonia, cæterisque adjacentibus Provinciis, cùm ex iis, quæ Sanctus idem, Neocæsarienses informans, scripsit: tum ex Nazianzi Antistitis collegæ ejus Gregorii *b* testimoniis; tum demum ex perlatis ipsis ab eodem Basilio Blaterantum hæreticorum conviciis, ob id, novum videlicet asperrimæ vitæ hujus arreptum institutum, Sole ipso dilucidius innotescit. En Basilii, *c* ingenuè protestantis, Auctoritas: Accusamur item & hujus, quod homines Monachos discipulos habeamus, qui pietatis studiosi mundo renunciarint, universisque sæculi curis, quas Dominus spinis comparavit, Verbi fertilitatem impedientibus, valedixerint. At qui ejusmodi sunt, mortificationem Jesu corpore suo circumferentes, 3.Cor.4.10
cruce accepta Dominica, Dominum fideli servitute sectantur. Ego autem omnem porrò vitam meam impenderem, ut ista, ac similia mihi possent impingi delicta; ut videlicet, me ductore, hoc pietatis studium multi sint amplexati. Hoc tamen vobis assero, & confirmo, quod quæ hactenus mendacii Pater Satanas dicere non est ausus, ea temeraria corda, (hæreticorum supple) nullo retento moderaminis fræno, indesinenter, & cum summa licentia, ora loquuntur. Hæc ille.

Basilio itaque Duce, ac Præceptore, quotquot erāt in illis solitudinibus Monachi, tātis sese quotidianis macerationibus exercebāt, conficiebāt jejuniis, āfflictionibus macerabāt, martyriis, ac disciplinis exagitabāt; ut carnis expertes Angelos dixeris, nō homines morituros. Ipsi etenim partim antris, (Theolo-

F 2 gi

a *Epiphan. hær. 75.* b *Nanzianz. epist. ad Hellen.* c *Basilius epist. 63.*

gi Nazianzeni *d* testimonio standū) partim cavernulis distributi, rudibus cubilibus ad terram stratis delectantur; à domibus abhorrent, urbium frequentiam fugiunt, cognatamque Cælestis sapientiæ quietem amplectuntur. Alii ferreis compedibus sese excruciant, ut vitium cum corpore simul conficiant. Alii rursùm, ferarum ritu, parvis, angustisque domibus inclusi, nec mortalem cujuspiam vultum inspiciunt, & integros sæpè viginti dies, totidemque noctes ab omni cibo abstinentes, dimidia ex parte Christi jejunium imitantur. Sunt & alii, qui garrulam linguam quasi vinculis quibusdam astringunt, labiaque silentio comprimunt, summæ illi Menti laudis Sacrificium sola mente tacita offerentes. Est etiam, qui annos integros in templo stans, puras ad Deum manus expanderit, nec vel tantillùm obdormierit, sed, vivi lapidis instar, Christo defixus steterit, & obriguerit; Cui exigui cibi reliquias Corvus impartiens, nobis omnimodæ admirationis, ac venerationis signa reliquit. Sed quid singula autumo recensere? Angustam siquidem illam viam, quam perpauci in hac vita sequuntur, (Basilio Rectore) ipsi conficiunt, atque ad bonorum Portam multis, gravibusque laboribus grassantur. Hæc, inter alia, habet Gregorius, Basilianos laudans discipulos; Qui, magistri ad exemplum, mundi calcatis deliciis, relegatis oblectamentis, corpore vallem peregrinationis incolentes, animo cum Cælitibus, sursùm conversabantur in Cælis, Beatifica semper visione fruentes, revelataque (penè dixerim) facie, Cælum ipsum, ac Cælestia contemplantes.

Philip. 3.20.

Ast, ut quid diutiùs immoramur in imis; Qui super Altiorem positum Candelabrum, jamdudùm expendere tenebamur Cappadocensem; cujus comparatione & Gregorius Ipse Theologus *b* se peditem ad lydium currum fuisse testatus est? Eja igitur trutina, cùm primis, pensitemus oportet; an Cæsariensis inauguratus Antistes, qui principari in Orbem poterat Universum, Basilius, igneo eodem illo, quo à primis ætatis suæ annis (ipso judice *c*) Ardore in Monasticam exarserat disciplinam; infulatus jammodo, canusque factus, sit consequenter exarsus; an refrixerit è conversò; ita ut capite infirmato, mem-

a *Habes apud Nazianz. in epist. ad Hellen.* b *Gregor. orat. in laud. Basilii.* c *Basil. epist. 64.*

membra cætera elanguerent? Id tantummodò suspicari, temeritas: nam super Montem positus, eò luxit ardentiùs; eoque Verbo, monitis, & exemplo, impensiori studio Pastorale suum explevit munus; ut Apostolis, Ecclesiæ Principibus, jure optimo meruerit exæquari. Nunquam enim vacabat otio, nunquam feriabatur omninò; solicitus cum Martha circa frequens ministerium, qui feriatus semper cum Magdalena ad Jesu pedes contemplando sedebat: Cumque in floribus incorruptibilibus (ut verba Sanctissimi loquar Ephrem *a*) vegetaretur; cum Sanctis florum calculis nutriretur; cùm semper incumberet in Scriptura, regulisque Apostolicis vacaret, ac sacris semper tibiis decantaret; facta est quasi flumen ejus Oratio, & Justitia velut fluctus Maris. Hæc ille. Basilius verò Lucerna factus ardens, ac lucens, sibi per Justitiæ claritatem lucebat: cæteris autem per Prædicationem, omnigenarumque virtutum expletionem ardebat, itaut nec jugis Oratio, & contemplatio, cæteraque Monasticæ vitæ exercitia, exercitium Sanctæ Prædicationis impedirent; nec jugis Prædicatio ascitæ esset impedimento Philosophiæ. Cùm Martha etenim (ut prædiximus) de die circa frequens Ministrum satagebat: qui cum Maria stans nocte, secùs pedes Domini vigilans, Verbum audiebat illius: ut Verbum cæteris inde posset (Optimus dispensator) ministrare salutis. Laboribus parcere haud visus est aliquando; ut tritico Domini horrea cumularet: cùm incumberet semper tamen quieti, ut Cælesti animam suam pinguedine saginaret. Semper in motu, immotus semper: nec pro suæ animæ tranquillitate, proximorum obliviscebatur salutis; nec pro aliorum salute, unicæ suæ non insistebat quieti: sed omnibus (alter Paulus) omnia factus, & sibi, & cæteris in cunctis semper, sive præsentialiter, sive per Epistolas, consulebat. Porrò, fœtosæ vitis ad instar, ut fructificaret uberiùs, circumcidi se quotidie patiebatur impensè; Cælestique rore, palmitũ suarũ expansis manibus, splẽdidè semper epulabatur, ne uvis, vinoque illo optimo, quo inebriantur fideles Animæ, mundum frustraret. Cæterùm, ubi Ephrem, *b* Basilium expendentem in visu, sub ingentis igneæ Columnæ figura, collimato perlustraverimus oculo, ad magnitudinem ejus ran-

Luc. 10. 39. 40.
Joan. 5. 35.
Luc. 10. 39.
Psa. 21. 21.
1. Cor. 9. 22.
Luc. 16. 19.
Cant. 5. 1.

a *Ephr. in laud. Basil. to. 3.* *b* *Idem de laud. Basilii.*

tantam nonnisi certò obstupefacti ruemur. *a* Magnus ete-
nim apud homines prædicari, magnus & fieri coram Deo,
magnitudo quidem est magnitudinem hominum cæterorum
excedens, soli Baptistæ à Scripturis concredita. *b* Ergo al-
terum habentes Baptistam, ut quid pusilli, verborum magni-
tudine connitimur exaltare, quem ore tantùm Divino (no-
vimus aliò) dignis elevari præconiis potuisse? Quid (tan-
Luc. 13. 19. tillus ipse) de Arbore hac ingenti (quam terram præoccu-
passe, non dubium) exequar ultrà; Qui eam unde metiri
non habeo? Ergo oculis proposuisse sufficiat, quam Re, adum-
brare coloribus non valemus. Quo enim fine concludatur,
ignoro, qui originalem Adami Innocentiam conservavit; *c, d*
Noe Justitiæ est æmulatus, Obedientiam Abrahami, Moysis
mansuetudinem, Zelum est prosequutus Eliæ, Humilitatem
Davidis, Sapientiam Salomonis obtinuit; *e* Qui Baptistam
æquavit, (in quo, ut expendimus superiùs, fines Ordinum
omnium, omnisque sanctitudinis concluduntur) nescio quo-
nam possit methodo comprehendi. Cujus ergo staturam de-
pingere non valemus, dum nubiũ culmen attingerit, itaut jure
optimo magnus annuncietur ubique: nitamur saltẽ omni ope
necesse est gressus sectari, imitari virtutes, ut possumus, leges e-
xequi, custodire præcepta, statutis, ac sanctionibus cõformari,
Psa. 18. 6. atq; per Justitiæ semitas, quas Ipse, ut Gigas semper exultans,
gloriosè calcavit, utcũq; possumus, ambulare toto inquã co-
Ps. 118. 96. natu nitamur; ut consũmationis finẽ, quẽ ipse vidit, compre-
hendamus. Inaniter enim, ac vacuè, nobis exempla, gressus
proponerentur, ac gesta Patriarcharum, nisi per eorum (quibus
ad perfectionem tendentes, insistimus) instituta, recto
Sap. 6. 7. gradiremur itinere, sectatores. Potentes siquidem potenter
Luc. 12. 47. cruciabuntur tormentis: sciensque Domini sui voluntatem, &
non faciens, vapulabit multis. Qui autem sint mundi poten-
tes, quibus Domini revelatum est placitum; in id Vates au-
diendus omninò: Ego dixi Dii estis, & Filii excelsi omnes.
Psa. 81. 6. Si ergo Dii; Mundi veraciter sumus Potentes: Si Excelsi Filii;
Luc. 8. 10. nobis ejus patefacta voluntas: vobis datum est nosse myste-
rium

---

a *Consule Amphil. in vita Sur. 1. Januar. & 14. Jun.* b *Suprà in ser. de S. Ioanne Baptista.* c *Habes multa apud Nanzianz.* d *Et Ephr. de laudibus Basilii.*

rium Regni Dei: Omnia quæcumque audivi à Patre,nota feci Joa.15.15.
vobis. Potenter ideò tormenta patiemur,si quod absit,opere
nobis tradita non impleverimus. Væ tibi Corozoin, (ait Do- Luc.10.13.
minus: nobis enim plurimũ loquebatur,qui minabatur & no-
bis) Væ tibi Bethsaida;quia si in Tyro,& Sydone factæ fuissent
virtutes, quæ factæ sunt in vobis; olim in cilicio sedentes, &
cinere,pœniterent. Veruntamen Tyro,& Sydoni remissius erit
in Judicio,quàm vobis. En quonam modo potenter crucian-
tur Potentes: jota unum à Verbo non præteribit Veritatis. Matt.5.18.
Super nos irruet hæc tempestas, nisi post hæc expergiscimur Job 13.11.
oculati; postque Sanctos, ac Patriarchas, in viam veræ perfe-
ctionis,correpti non reducimur. Exemplum nobis dedere;ut Isai.26 19.
quemadmodum ipsi sunt operati,operemur omninò. Eja igi- Joel.1.5.
tur imitatores simus eorum, sicut & Christi sunt ipsi; ut ad Joa.13.15.
Christi, omnium summi Pastoris (cui annis major 68. *a*, 1.Cor.11.1
b, *c*, post Christum natum 378. Basilius noster est copulatus)
semper virentia Pascua conduci mereamur cum eis: Ipsis iti-
dem adjuvantibus, ac precantibus: Illo tamen largiente, ac
operante; Qui cum Patre, & Sancto Spiritu,Trinus semper,&
Unus, in eadem, qua nunc Trinitatis Essentia, vixit, vivit, &
vivet; Regnatque super omnia Omnipotentialiter Deus.
Amen.



DE

a *Baron.ad ann.Christi* 378. b *Ribaden.14.Iunii.* c *Sur.1.Ian.&*
14.Iunii.



DE S. AUGUSTINO

Eremitarum sui Nominis Patriarcha.

VOS ESTIS SAL TERRÆ. *Matth.* 5. 13.



TINAM Insipienti mihi Sal tribueretur facundiæ: Sapientiæ balbo condimentum impertiretur exiguum: lucisque inscito tantillùm ministraretur illius, qua facundiæ Princeps, Vas Sapientiæ, Sol Africanus circumfluxit affatim, Cujus modò aggredior mirabilia prædicare. Quis enim Doctoris hujus maximi, qui lucem lippienti attulit mundo, portenta valet depingere, prætexere Gesta, Acta lustrare, percurrere vitam; nisi solus alter magnus in omnibus Augustinus? Magna quippè sunt, quæ occasurus adhuc Sol iste peregit in Terris: ingentia porrò, quæ Mortem inter Constitutus,& Vitam,est operatus in meta: admirabilia prorsus,quæ æternùm in Cælo victurus,in Clientes non desinit præcipuus exequi operator. Quis ergo tanta
Deut. 6. 3. circumire valebit? Perlustravimus Terram, lacte manantẽ, & melle, post non exiguum temporis, & laboris, gloriati sunt tandem Exploratores Hebræi: Si id mihi temerè arrogaverim, consumptus licèt in Chartis, Provinciam modò exequens vastiorem; nota profectò inuratur mihi omninò necesse est: dum ne ingentem hanc vastitatem lustrare; sed nec ad calculum supputare breviorem utcunque noverim aliquando Pusillus. Altiori itaque indagine opus est,Augustinum lineare volenti. Quid autem exequar, obstrictus effingere Augustinum? Ast non omnibus,magna expleturis,datum est esse magnos; ubi & Pusiones nonnunquam Gravioribus (ut experimur)

rimur) soliti sunt destinari. Pusillum,& Magnum Ipse fecit: Sap.6. 8.
& Ipse dividit, & præcipit, prout vult; dans velle,& perfice- Phili.2 13.
re pro bona voluntate: imò & ubi etiam tentat; id non exequitur quidem supra vires tentati, ut succumbat; sed ut faciat cum tentatione proventum, ut possit sustinere, & in melius commutari. 1. Cor. 10. 13 Omnibus propterea præsto est, qui cunctis præest Omnipotens; ut cuncta qui se Fautore aggrediuntur, faustè expleant se Ductore. Qualis qualis igitur ipse sim, indigus, & pusillus, opus aggrediar; non ambigens me recepturum & posse,qui velle sum assecutus, oraculis confirmatus Scripturæ: Si quis vestrum indiget Sapientia, postulet à Jacob 1. 5.
Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Sapientiam ergo, humilis, Sapientiæ expers, ac luminis, mihi flagito dilargiri, ut Sapientiæ flumen, Lumen Ibid.6.
Ecclesiæ,depingere valeam Augustinum. Postulet autem in fide (commoneor iteratò) nihil hæsitans. Tu mihi fidem impetra; Tu fide postulatam obtine lucem: Tu mihi propitiare, Tu me dirige, Virgo Virginum Mater, ut non aberrem à via. Tibi interim Sacrificium laudis offerens: Sacrificium Psa.49.23.
laudis honorificabis me: in hæc prorumpo prostratus: Ave Maria, Gratia plena.

Vos estis Sal terræ, loco præallegato. Matt.5.13.

Computari quod non meretur in annis,reticeatur omninò funestissimum tempus illud oportet; quin imò jure disperdi funditus, ac deperire, ne dum maledictis affici plurimùm, instans illud, quo conceptus est homo; Jobo didicimus authorante. Job 33. cū seqq. Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo. Sed quare nox, non pauci dum concipiuntur in die? Quoniam tenebris plurimis infœliciter involuta. Obscurent infaustissimum illum diem tenebræ,& umbra mortis; occupet eum caligo, & involvatur amaritudine. Quod enim amaritudinem infert perennem, amaritudinibus involvi necessum est. Non computetur in diebus anni,nec numeretur in mensibus. Dum ipsi menses,& anni,uti abortivum respuunt, quem luce caruisse in confesso est. Sed cur tot maledictis affectum, tantis conviciis impetitum,improperiis tantis conviciatum, tempus primum illud, ac instans, quo Dei ad Gene.1.27
imaginem factus, Deum opificem repræsentans, efformatus est

G ho-

homo? Sumus in claris; Quoniam originali Protoplaustorum obnubilatum peccato. Deleri propterea à diebus vitæ meretur,quod vita carens,morti similis fuit, ac neci.

Ergo nec computabuntur in annis, anni infaustissimi illi, Quos infidelitati operam navans, hæreticisque imbutus dog-
Apoc.3. 1. matibus,mortuos duxit vivens Sol Africanus?Nonnè nomen
Heb.9.14. habens, quod viveret; vivus tunc erat mortuus, cùm carni, mundo, diabolo vivens, Deo viventi mortuus erat omninò?
Marc.5.35 Ipsum habentes testē; *a* quid oportet vexari?Si ergo computari non merentur in annis: ut quid illos memorare conamur? ut quid in illis remoram trahimus lineandis? Pereant potiùs anni, menses, diesque illi; aboleanturque penitus à sæculorum memoria,quos infideles vixit Fidei propugnator strenuus
Psa.68.29. Augustinus. Deleantur de libro viventium & cum justis non scribantur,injusti,quos justitiæ Africanum speculum dies conduxit in terris. Obscurent eos tenebræ,& umbra mortis;occupet eos caligo; & involvantur amaritudine: triginta circiter illi,in quibus carni serviens,servus diaboli,mundo vivens, Dei legem summopere conculcavit, legis eximius propagator, ac Prædicator; Monachorumque,Monachus ipse Monicæ Filius, Pater,ac Patriarcha, Ecclesiæ lux Augustinus. Lucis tantummodò characteribus consignati deprædicentur (pace Ribadeneiræ, *b* qui contrarium sentire videtur, ut eundem,quem exaltamus, extollat) Faustissimi anni illi, qui à regeneratione ad transitum, ob ortu fidelitatis ad occasum, fœliciter defluxere. Et hos quidem,uti veneratione dignissimos pedetentim commemorabimus ipsi; ut & Majorum premamus vesti-
Act.9.7. gia,& addiscamus ex eis,quid ad futuram gloriam promerendam, nos oporteat facere. Factus igitur annorum triginta, *c* ac in eodem, quo ante hac luto, hæsitans, aviditate fruendi præsentibus fugientibus, ac dissipantibus se: dum Mediolanum, Rethorices docendi causa (docuerat diù enim in Patria) contenderet evocatus; miraque ibi familiaritate (Numine operante, Matre Monica deprecante) Ambrosio, Civitatis ejusdem Antistiti, devinctus: hunc publicè Divinam Populo differentem legem; non ut aliquid addisceret boni,
Apoc.3.17 (tumidus enim erat, ac sui ipsius Amator, bonisque suis conten-

a *Aug.li.4.Conf.c.1.& 8.* b *Ribaden.in vita Aug.* c *Aug.6.conf.11.*

tentus: Dives sum, & nullius egeo) sed quadam captus delectatione, ex decurrentis Sapientiæ illius fluminis suavitate manante; curiosè primùm, studiosiùs post pauca cœpit audire. At veniebant in animum ejus (mira quidem Numinis dispositio!) cum verbis simul, quæ diligebat, res etiam, quas negligebat: dumque cor aperiret ad excipiendum, quàm disertè diceret Prædicator; pariter & quam verè diceret, gradatim tamen, intrabat. Disponebat siquidem Spiritus ille Divinus, à quo Pater, ac Princeps Populi, Prædicator, ac Propagator Fidei, oppugnator hæreticorum strenuus, Ecclesiæ Propugnator eximius, ab ipsa delectus erat æternitate, disponebat, inquam, omnia in eo suaviter; ne vi aliquali pertractus, vim inferret Gratiæ, ac Spiritui, qui operabatur. In funiculis ideò Adam, in vinculis charitatis; non vi, non terroribus, aut metu; sed dulci quadam violentia Gubernator; dispositioneque suavissima ducens quò vellet: (Ducitur etenim homo rationalis, Seneca teste, *a* non trahitur) Divinis eum retibus, indissolubili circumplexione, illaqueavit, (ipso gaudēte, ac admirante) & irretivit. Itaque Academiorum more (ipse est, qui testatur *b*) dubitans de omnibus, ac inter omnia fluctuans, Manichæos quidem deserendos esse decrevi. Statui verò tandiù esse Cathecumenus in Ecclesia à Parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret, quo & dirigerem cursum, & amplecterer institutum. Hæc ille. Sed quis potest Spiritui contraire? Quis resistere valet Omnipotentiæ: ut faciat quod proponit; quod disposuit Illa, non exequatur? Vanum est ergo tibi Augustine, contra Spiritum calcitrare: vanissimum in tuæ salutis negotio remorari: Manichæos quidem relinques non cras, sed modò; Cathecumenus in Ecclesia Dei diù non permanebis: Christianus efficieris brevi: Manichæorum aliquando obsecutam, approbatam, propugnatam; relictam modò, conculcatam, abominatam sectam, Manichæosque commilitones ipsos, propugnator Fidei acerrimus, brevi confundes, deiicies, profligabis.

Sap. 8. 1. 1. Cor. 12. 11 Osee 11. 4. Job 9. 4. Act. 7. 51. Ibid. 9. 5.

Eja igitur confortare, & esto robustus: viriliter age, & exaltare: noli metuere: ne te contrahas: Lumen mox refulget (luce manifestata) in habitaculo cordis tui: adeoque

Josu 1. 6. Act. 12. 7.

G 2 te

a *Senec. epist. 21.* b *Aug. 5. Confess. 14.*

2 Cor.4 6. te superfundet splendore; Qui dixit de tenebris lumen splen-
Luc.24.49. descere;virilitate, virtute,ac fortitudine te induens è Regalibus, *a* ut dilucidè,optimeque quæ sunt videnda, prospectes; quævé peragenda strenuè impleas festinatò. Non tibi laboriosus, *b* porrò, Ambrosianus, Fideliumque Animarum posthac videbitur Cælibatus:non dura quidem,& aspera,Divinæ legis experieris mandata:non importabile tibi erit Christi Domini
Mat.11.30 jugum;non insuave, sed suavissimum usquequaque,adeoque delectabile onus ejus, ac leve; ut penè experienti tibi ipsi non credes. Falsa sanè sunt, Quæ usque adeò,puerili seductus errore, vindicasti pro veris:vera, quæ tibi statuisti pro falsis: Lux vera, falsa diluit, pellit errores: Eja itaque ea indui, ne pigrere.

Luce igitur è Cælestibus sedibus adventante; vultu primùm, menteque turbatus (mos quidem est veræ revelationis) Amicum repentè invadit Alipium, Augustinus, *c* voceque valida exclamans: Quid patimur: (ait) quid est,quod audisti? Expenderant enim ex lectura facinorum Magni Antonii, hunc doctissimè indoctum Regno Cælesti vim intulisse: Regnum,& Coronam (vi adhibita) rapuisse: audierantque simul ambo Potitianum quendam Catholicum diserrè de Catholicis dogmatibus,ac nervosè differentem; vanamque Philosophorum Sapientiam, tanquam insaniam conculcantem: Domino tamen in omnibus sermonem, & lecturam confirmante,sequentibus signis,commotionis videlicet, formidinis, & pavoris. Quid est,quod audivimus;quid expendimus? Surgunt indocti,& Cælum rapiunt;nos verò cum doctrinis,& Sapientiis nostris, sine corde, ecce ubi volutamur in carne semper, & sanguine? Hæc trepidus ille. Ipsi autem quid dice-
Rom.8.31. mus ad hæc?Spiritus ubi vult spirat: nec vias ejus pervestigare natus ex muliere valet homo. Mira quidem Increatæ Sapientiæ dispositio! Omne quodcumque in oculis ejus est placitum,
Sap 9.9. bonum est;& omne, quod bonum est, in instanti operatur omnipotens. Quid quod repentè superlucidum Divinitatis lumen non operatur, ubi revelari dignatur? Oh! Admirabilis planè supernæ lucis Potentia:Conversus est Augustinus!Con-

ver-

a *Orat Eccles.* b *Consul.Aug.6.conf.3.* c *Confess.lib.8.cap.7.& 8.*
d *Confess.lib.8.c.8.*

versus illicò est ab erroribus, quibus diù seductus vixerat, luce revelata, Lux Tagastensis! A caligine ad veræ fidei lumen, lumine adventante, flumen conversus est Sapientiæ Augustinus! mira res! Sed quod miratu majus est omni jure: in virum alterum adeò, conversione hac, immutatus extempló; ut quas amittere puerilium nugarum delectationes, carnisque voluptates ei fuerat metus; jam dimittere erat gaudium, ac solamen. En vox exultationis, & salutis in ore ejus: *a* Domine ego servus tuus, & filius Ancillæ tuæ. *b* Dirupisti Domine vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis. Laudet te cor meum, & lingua mea; ac omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi? Non est similis tui in Diis Domine; & non est secundùm opera tua. Dic ergo animæ meæ: Salus tua ego sum: qui dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat. Sed quis ego Domine; & qualis ego? Quid non mali ego: quid tu non boni? An facta mea; aut si non facta, dicta mea; aut si non dicta, voluntas mea fuit? Tu verò Domine Bonus, & Misericors; Patiens, & multæ miserationis, & præstabilis super malitia. Cujus Miserationis non est numerus, & Bonitatis infinitus est Thesaurus: *c* Tu profunditatem respiciens mortis meæ; abyssum, dextera tua, extentoque Brachio tuo, à profundo cordis mei exhausisti corruptionis. Et hoc quidem erat totum nolle, quod volebas; hoc totum velle, quod nolebas. *d* His porrò, vel similibus, sese plurimùm humiliantis vocibus, lætitia perfusus ingenti, Patrem Domini nostri Jesu Christi, Patrem misericordiarum, & Deus totius consolationis, comprædicare cum Alipio non desinebat modò conversus animo Thagastensis. Ast non tantùm voce, cordeque, veræ conversionis ostendit signa; nam fidem nolens mortuam, sine operibus sustinere: discipulis primùm, quos habebat Mediolani nuncium mittens, ut sibi venditorem verborum alium providerent, rescripsit: indeque magnum adiens Antistitem Civitatis Ambrosium, quem Magistrum in Spiritu profitebatur, per sacras ejus manus, de morte ad vitam, de veteri ad novum hominem, de servitute ad libertatem, ad Gratiam de peccato regenerari, humiliter, ac reverenter est deprecatus. Stupet Cælum;

[Margin: 1. Reg. 10. 7. — Ps. 117 15. — 115. 16. — 34. 10. — Ibidem. — Ps. 85. 8. — 34. 3. — Ezech 18. 23. 33. 11. — Jonæ 4. 2. — Joel 2. 13. — Rom. 2. 4. — 2. Cor. 1. 3. — Jacob 2. 17 — Colofs. 3. 9.]

a *Aug. 9. Conf. 1.* b *Idem in Psalm. 115.* c *Orat. Eccles.* d *August. Confess. 9. cap. 5.*

lum, Terra miratur, lætantur Angeli, Gaudet Ambrosius; nullus non lætitia inenarrabili superfunditur, ad tantam, talem-
Psa.76.11. que dexteræ Excelsi mutationē. Deprædicant Universi patrata per Dominū, quę executus fuerat Augustinus: factaque universali jubilatione, Aquis abluitur salutaribus, Qui salutem hactenus, diù posthabitam, non curarat; Alipio amico item, Filioque Adeodato lectissimo in eodem regenerationis, ablu-
Sap.4.11. tionisque actu Comitibus. Hunc verò (ne malitia mutaret forsitan intellectum) citò de terra sublatum Augustinus Pater expendit, affectuque tenerrimo deploravit; quem tamen, viduatum licèt pupilla, expeditiorem ad altiora consectanda reliquit. Unde non multo post hæc temporis interjectu, solus cum solo Deo feriatus vacare, desiderio flagrans; expetita Ambrosii Benedictione, obtentaque venia remeandi ad propria; eò se contulit festinanter, (Monica item matre dilectissima, apud Hostia Tyberina vita functa, filialique ministratione suffossa) quo novum vivendi genus arctissimum (Gratia comite) erat mirabiliter occœpturus. Quæ igitur Patriam reversus, conversatio Conversi jam apud suos? Qui mores, quæ gesta, quæ facinora, quænam opera Solis hujus? Intricatiorem Provinciam adeuntes; attentiores expeterem: ubi & paulò item subtiliùs ordiendum materiæ præcipit magnitudo: Ego
Joa.13.18. scio (ait Dominus aliquando) quos elegerim: Electorum
Exod.33.12 nomina novi: novi te ex nomine: Quos novi ab æterno præde-
Rom 8.30. stinavi; ut post exilii onera plurima, fructus uberes, opima
Joa 15.16. spolia reportata; mecum sint sine fine lætantes. Elegi vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ingentia quæque! Per singula accuratiori methodo expendenda. At primùm: Quonam tempore, quos nosse dixit, elegit? Elegit nos, (elucet veritas, Prædicatore maximo consignante) Ele-
Eph.1 4. git quippè nos ante mundi constitutionem. Ergo non dum
Luc.10.1 binos misit ante faciem suam, ubiqne Verbum annunciare:
Matt 4.18. 21.9.9. quin imò nec dū Alios mittentes, Alios retia reficientes: Quendam illicitis vectigalium lucris instantem; Cæterosque dum suis cujusque muneribus vacantes invenit; sed altioribus planè defixa radicibus, ab ævo æternitatis, quam tempore missionis instante, horum omnium ad sublime tale fastigium, ad altissimum vitæ statum, ad hoc Divinissimum munus explendum,

dum,Electio. Elegit eos ante mundi constitutionem. Sed cur electi? ut fructus ex laboribus, spolia ex dimicationibus reportarent. At quales afferent fructus: quas inimicorum signabunt victorias, Qui munus aliud non non noverunt in Orbe, nisi quæ paulò ante contemptibilia memoravimus; concupiscentiisque prætereà,carnales adhuc homines,deservire? Habemus quidem Oraculum: Non potest Arbor mala bonos fructus facere;Ergo ne malos in vinea afferent ftuctus Electi,Præcogniti, Prædilecti? Absit. Verùm non dubium, quin antequam quoquo modo fructificent; ut sint Sancti, & immaculati in conspectu Domini,optimeque in charitate fundati, necesse est. Fructum siquidem & tunc afferent,& uberrimum planè,& optimum undequaque; & Victores utcumque inimicorum omnium,spoliis multiplicibus reportatis,evadent. Nisi enim multa prius quisque fecerit bona, benè, & optimè operando; indeque sic docuerit homines, informatos jammodò reddens activos; nec bonitatem sibi poterit vendicare,necbenè fructificare, nec strenuus hic primùm miles, magnus exindè in Cælorum Regno vocari: Qui autem fecerit,& docuerit, (protestatio sincerissima Veritatis) hic magnus vocabitur in Regno Cælorum. Ipse propterea, Qui non necessitate venerat mori:priùs cœpit facere, (præbens exemplum) quàm docere; ut nos instrueret, Electosque (quos & Sal Terræ, & Mundi Lumina,& Rectores Ecclesiæ, & Populorum magistros,& Orbis Candelabra,& Senatores jamdudùm ab æterno Judiciarios constituerat) discipulos edoceret; ut priùs omninò facere tenerentur discipuli,quàm docere Magistri: ne operationis defectu,quæ facere neglexerint,vel non didicerint faciendo; docendo nec perciperent ex palmitibus, nec reportarent ex Vite.

Matt.7.17.
Ephes.1.4.
Matt.5.19
Act 1.2.

Augustinus itaque, (ut redeamus, unde solerter sumus regressi) Augustinus,inquam,qui & Sal Terræ,& Lux Mundi,& Rector fuerat cum Senatoribus Ecclesiæ cæteris, ante Mundi constitutionem Electus, in Patriam (ut prædiximus) cum Alipio,& Evodio sociis, reversus;quē sibi condixerat vitæ statum, cùm adhuc in Italia esset, perfectiori ex tunc cœpit methodo exercere; prius multum faciens,ut doceret; utque multorum optimus Dux evaderet, ac Præceptor, Discipulus

Sapien-

Sapiĕtiæ nũc edocĕtis evadĕs. Cujus quidĕ imperio, concupiſcentiis primùm omnibus, Mundique deſideriis quibuslibet, necnon & carnis item funditus ſpoliatus: Parentibus, affinibus, Cognatis, Neceſſariis, notis, & amicis, quin & bonis ſæculi hujus nequam, à ſe radicitùs abdicatis: Mundo, vanitatibus, pompis, diabolo, vaniſque abrenuncians ejus oblectamentis; in intimis ſolitarii cujuſdam Ruris ſe abdidit penetralibus; lectionibus Magiſtræ Sapientiæ vacaturus. Ne autem ſolus tanto frueretur bono; Charitate aliquibus ſtrictiori devinctus; quos inter Alipius, Evodius, Pontianus ſpecialibus nominibus memorantur: Aliquos ſanæ ejuſdem mentis præditos valetudine ſocios, ſibi devinxit; ut orationibus, vigiliis, lectionibus, meditationibus, contemplationibus, aſperitatibus, carniſque macerationibus liberiùs inſtantes, ac Domino Deo ſuo acceptiùs ſervientes, æterna addiſcerent, unde docerent: tantùmque indè Domino placerent Converſi, quantùm Averſi antea diſplicuerant. En Poſſidonius *a* ejus rei teſtis ingenuus: Ipſum audite, qui ait: Alienatis à ſe itaque curis omnibus ſæcularibus, cum iis, qui eidem adhærebant, Rure Deo vivebat; jejuniis, orationibus, boniſque plurimùm vacans operibus, legem Domini die meditabatur, ac nocte: ſicque de iis, quæ ſibi Deus cogitanti, meditanti, vel oranti intellecta revelabat, præſentes, & abſentes, ſermonibus pariter, & libris, docebat. Hæc ille: Quod quidem & Auguſtinus ipſe corroborat, ubi ait: *b* Iſtis igitur mecum aſſumptis, quos duodecim numeravi, unà cum chariſſimis meis amicis, Evodio, Alipio, & Pontiano, Monaſterium, in quo nunc ſumus in ſolitudine, à Gentibus, & Populis ſegregatum, ædificavi. Placuit autem Deo, centenarium poſthæc Fratrum numerum mihi donare; illuminans corda noſtra, ne dum Sanctos Patres ſolitarios imitari; ſed etiam (Apoſtolorum more) omnia communiter poſſidere. Ergo gratulemur in invicem quotquot Chriſtiano, Fideliquc cenſemur nomine: lætemur, & exultemus oportet, dum quem antehac malos fructus expenderamus afferentem ex malo: (Manichæum enim, veræ Fidei oppugnatorem, carnique plurimùm ſervientem, ac ſanguini, Mater Eccleſia, nedum Mater Mo-

a *Poſſid. in vita Aug. c. 5.* b *Aug. Ser. 22. ad Fratr. in Erem.*

Monica deplorarat:) bonos modò fructus ex Bono, imò optimos, necnon & uberrimos plane, ad nostrum omnium utilitatem, in horreis coniicimus Aggregantem; anteactaque mala opera, operibus verè optimis, expendimus Corrigentem. Surrexit nobis Præceptor secundùm Apostolica instituta; qui secundùm Divinæ legis mandata Zelotes quamplurimos fueramus adhuc experti; omnes licèt uno eodem Spiritu ad Portum Salvationis æternæ, per justitiæ semitas, quas præostenderant, conductores: Ut quid ergo remoramur lætari plurimùm, & exultare? Ut quid non plurimùm eidem protestamur honoris, qui & obligationis primitias quasdam præstare teneremur omninò; dum primus Apostolicum nobis occlusum iter aperuit, in arentibus, ac solitariis locis calcandum? Ero in id forsitan mendax; qui non fidem mihi autumo, ne dum arrogo vendicandam, habens quem contestari Fidelem? Audite non à me, sed mecum simul ipsummet id ingenuè protestantem, *a* ubi ait: Hæc Deus nos servare primùm, inde docere, (habemus adimpleta hìc antedicta: fecit enim Discipulus, ut Magister factus doceret) & per nos vobis præcipere voluit consequenter. Multi siquidem ante me fuerunt Patres, quos sequi, & imitari deberemus: non tamen sicut ego, secundùm Apostolicam vitam alios vivere docuerunt. Caput igitur, & Principem vestrum omnium in hanc partem me ipsum dicere non erubesco. Hæc inter alia, degentibus in Eremo Fratribus Augustinus; si tamen qui ejus nomine circumferuntur hi ad suos fratres sermones, non adulterini, ut quidam asserunt, sed veraces sunt ejus Partus: non ambigens ipse, quod sive spurii ipsi sint, sive legitimi tanti Doctoris Nati; sunt sanæ mentis Authoris, nil præter veritatem elucidantis. Quod verò ipse primus omnium in Africa, Provincia planè vastissima, vitam Monasticam excoluerit, Baronius *b* Oculatissimus Scriptor, ex aliis ejusdem Augustini probatis colligit monumentis: cùm ipse primus illuc invexerit ejusmodi studiosus Philosophiæ; Primus hanc cœperit custodire; aliisque custodiendam, secundùm Apostolica tradita, regulis inscriptis, tradiderit Primus. Igitur ex hac Augustini Plantatione *c* (verba sunt Ba-

H ronia-

a *August. Serm. 21. & Serm. 22. ad Fratr.* b *Consule Baron. ad ann. Christi* 380. *to.* 4. c *Idem Baron. ann.* 391. *fol.* 640. *to.* 4.

roniana) accepti Palmites, longè, lateque diffusi; tum in Africa, tum etiam in aliis plerisque Occidentis Ecclesiis, Ecclesiam fructu uberrimo locupletarunt.

Ubi itaque, Veritate protestante, ex fructibus quisque cognoscitur, an bonus ipse sit, sive malus: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: Qualis post conversionem fuerit Augustinus, non meum onus est commonstrare: dum sunt, qui vindicant vitam ejus probati judices, sunt qui Gesta deprædicant fructus ipsius: Ipsi consulantur, ut instruamini. *Matt. 7. 20.*

Fructus quippe sunt ejus, tot Hæretici profligati, hæreticales tot pravitates confossæ; Ecclesiasticam libertatem vindicantes, tot editi Partus; tot populi, ejus opere, industria, ac labore, de tenebris ad lucem revocati; tot Gentium prostrata sculptilia; tot simulachra Deorum contrita; tot Monasteria, Cœnobia tot erecta; tot Clericorum mores ad Apostolicam formam compositi; tot Nationes, ex omni lingua, ex omni Gente, ex omni mundi Plaga, salvatæ; totque in Domo Dei, Ecclesia militante, mirabilia magna patrata, ut opus planè ingentis esset laboris, ea singula expendenda litterariis tradere monumentis: cùm & Possidonius a ipse, vitæ ejus conscriptor, de solis ab eo libris editis, dicat: Omnem litteratum quenquam, toto vitæ suæ tempore, cursim transcurrere non valere.

An non igitur (N. N) optimus veraciter hic dispensator, quem constituit Dominus super familiam suam? Hic porrò, lux verè Mundi clarissima, qui Orbem, sua claritate, penitùs universum illustrat. Hic Prædicator maximus, qui sua lingua, suoque calamo, errantes per Terræ circuitum revocat ad ovile. Hic Doctor eximius, qui summæ ejus Sapientiæ sale, homines, ne tanquam jumenta in stercore vitiorum suorum putrescerent, summo labore, summaque adhibita diligentia, condivit. Hic Sapientissimus Architectus, qui & labantem Orbem (humeris suppositis) reparavit: & stabilienda in Eremo Cœnobia, firmissimis positis fundamentis, erexit. Hic demum Pastor ovium, verè vigilantissimus, qui ut circumcursantes, ovili veste circumdatos, ab ovile procul teneret, Canis incunctanter allatrans fieri non est cunctatus. *Luc. 12. 42.* *Joel. 1. 17.*

Quas

a *Possid. in vita cap. 18.*

Quas verò (excubiis assiduis) ne luporum rapacitate disperderentur, custodiebat oves; voce, monitis, & exemplis, quæ omnigenis erant referta virtutibus, instans opportune, importunè arguens, obsecrans, increpans, in omni tum patientia, longanimitate, atque doctrina, commonere non desinebat; ne tradita sibi Divina placita, neve præcepta Dominica aliquando transgrederentur. Faciebatque id (testem habemus Possidonium *a*) tanquam præcipuus speculator à Domino domui suæ Israel constitutus: ne non arguens, argueretur ipse. Scriptis propterea (non omnes valens lingua vel instruere, vel informare) atque lucubrationibus pluribus editis, & fideles in ascita fide firmabat; & infideles accendebat ad fidem; & hæreticos profligabat; & interemptas hæreses, ne iteratò pullularent in posterùm, suæ sapientiæ gladio confodiebat, & Veritatis inimicos internecabat, & à Veritate aversos revocabat, & omnibus, ac singulis omnia singulariter factus, unicuique ad suæ capacitatis mensuram suppetias afferebat. Dum autem tanta faceret servus verè operosissimus: servũ Domini inutilẽ, arborẽ Vineæ infructuosã, Palmitẽ à Vite degenerantẽ se esse arbitrabatur: excidendus ideò, ac in ignem mittendus; Ut quid etiam terram occupat? Succide illam. Heu mihi! Quantùm confundor superbus; quantùm elatus conteror, tuæ tam eximiæ exæquatus humilitati! Quis mihi det, Beatissime Pater, te humilem posthac sequar humiliatus? Quis Augustino major? Quid demissius, quid contractiùs Augustino? Vi Presbyter ordinatus triennio postquam in solitudine latitaret, quid peragit, quid exequitur? plangit, ejulat, lamentatur: & lachrymæ ejus in maxillis ejus: palamque tanto sese protestans indignum munere; conteritur, angitur, lachrymatur; dejectionemque sui ascensus tanti, afflictus, mœrens, ac tristis, deplorat, & ominatur. At procedamus in subditis, ut largiùs demiremur. A Valerio Optimo Præsule hipponensi Publica illi ad Populum concreditur Prædicatio, tanquam benemerito, ac Sapienti legis Domini Thesaurario. Quid ad hæc humilis Augustinus? Ac si sacrarum Apicum ignarus esset omninò, dum tantos adhuc conscripserat libros, omni penitùs sapientia refertos, Canonicisque scripturis

[Margin notes: 2. Tim 4. 2. — 1. Cor. 9. 22 — Luc. 17. 10. — Matt. 3. 10. — Luc. 13 7. — Thr. 1. 2.]

H 2 gra-

a *Possidon. in vita cap.* 31.

grauidos, ut vix studiosorum quisque (ut paulò ante, teste referimus Possidonio a) aut nosse, aut perlegere sufficiat. ab onere sibi demandato concionandi, humiliori, qua potuit, apud Episcopum sese excusat oratione; per quam humiliter prostratus deprecans, ut alium sibi, tanto muneri subeundo, aptiorem prouideret Presbyterum, Sapientiorem, ac Sanctiorem. Hui! Quantum elucet superbia nostra! Nos insensati, stupidi, ignavi, illitterati, indocti, rudes, ac inexperti, Doctorum munia, non vocati, subire non erubescimus: dum Augustinus Doctor maximus, qui sua sapientia Cælos conscenderat, nubesque penetrauerat Scriptis, ac si atrium Christianæ vix introgressus fuißet Philosophiæ, prædicare compulsus, indignum ad prædicandum se reputat; officium tanquam non idoneus, recusat; ab onere, tanquam humeris suis importabile, humili se excusat precatione. Non acquievit tamen adductæ excusationi, Sancto Spiritu fretus, moribus optimus Valerius; porrectamque supplicationem non sustinens obfirmare; delatum novis jussionibus munus corroborat iteratò. Sed nec his penè contentus, qui tanti hominis sapientiam humilitati tantæ conjunctam mirabatur, ac Sanctitudini; timens ne ejus fama paululùm increscente, aliò evocaretur, alteriusque Ecclesiæ Præsul Populorum inauguraretur suffragiis; egit secretis litteris cum Primate Sedis Carthaginensis, ut sibi coadiutor copularetur Episcopatus. Obtinuit quod expetiit, cunctis collætantibus, ac gratulantibus; humili solùm Augustino ubertim flente, suamque inscitiam, vilitatem, nihilitatem (Alter Saul, qui Rex inauguratus, dixerat: Quis sum ego,
1. Reg. 9. aut quæ domus Patris mei, ut regam Israel?) in medium, verbis validis, nervosisque rationibus, afferente. At non poterat
Luc. 14. 11. edictum quidem illud summæ Sapientiæ non impleri: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Humiliarat quippè se coram omnibus, humillimus Augusti-
10 nus; novissimum semper locum, tanquam omnium minimus, occupans; ut ergo exaltaretur, necesse erat; eique Evangelicis illis dictionibus, diceretur: Amice ascende superiùs, dum honoratior cunctis. Non valens itaque Domino contradicere

ser-

a *Possidon. in vita ubi suprà cap. 18. Habes apud Baron. ad ann. 391 to. 4. Possid. in vita c. 8.*

servus (id ex eodem excerpsimus Augustino *a*) licèt eligeret magis abjectus esse in domo Dei, quàm super solium exaltatus sedere; pertimens ne periclitaretur forsan in alto, dum securiùs salvari posset in imo: jussus, vi præcepti imposita, ut sursùm ascenderet; ascendit demisso capite lugens. Ascendit in altum planè, jammodò factus Episcopus; sed ima, sed humilia, sed monachica aspera exercitia quidem pristina haud unquam deserere visus est; quin imò auctis honoribus, ut augeretur arrepti rigor instituti Monastici, ipsumque Monachismum, studio ex tunc curavit impensiori. Ubi enim augentur dona (ait inde Gregorius *b*) donorum redditio item, & computorum, necesse est augeatur. Ædificatum itaque in solitudine Monasterium, in horto priùs, indè verò intra proprios Episcopales parietes transferri jussit Episcopus, ut cum pauperibus suis fratribus pauperrimus unà viveret; leguminibus, (frugalitati maximæ studens) oleribusque contentus. Licèt enim essem Episcopus, *c* (fratres aliò commorantes informans; hanc, arctissimæ ejus regulæ, fratribus item, ac monialibus præscriptæ, indicavit institutionem fuisse) non tamen credebam paupertatem charissimam sororem despicere; sed cum Sanctissimis Patriachis, inter divitias vivere, (divitias enim, Ecclesiæ redditus nominat) & veram paupertatem servare; tanquam veraciter nihil habentes, & omnia possidentes. Paupertatem itaque, licèt in Cathedra me videam Episcopali; mihi charam sponsam semper tenere cogratulor. In omni ideò paupertate viventes, olera tantùm, ac legumina manducamus. Hæc ille. Quo sanè, undè abundantiùs confundamur, quàm antè, materia nobis copiosior apponitur, ac præstatur. Ut quid ergo Terram veræ Beatitudinis, Terram promissionis, pauperibusque, mitibusque promissã: terram, lacte, ac melle manantem, possessuros nos arbitramur; Qui sponsam præcipuam Paupertatem, impudenti quidem consilio, proiicimus, expellimus, relegamus? Væ quidem nobis, nisi Sanctissimi Præsulis, ac Patriarchæ hujus ad exemplum, resipiscimus; vitamque nostram ad pauperem ejus componimus vitam. Nisi resipiscimus inquam

à

Psa. 83. 11.

1. Cor. 6. 10

Matt. 5. 4.
Deut. 6. 3.

2. Tim. 2. 26

a *Aug. ser. 49. de divers.* b *Gregor. hom. 9. in Evang.* c *Aug. serm. 21. ad Fratr. in Erem.*

à diaboli laqueis, à quo captivi tenemur, certò peribimus.

Ast de Augustini inæquabili charitate, quid exæquemur, qui lassi sumus ex diutino labore, fessique robore, ac quassati? De Solis elatæ, ingentisque magnitudinis, simulacro Rhodiano, me legisse memoror, satis abundè fuisse, digitum tantùm unum, quendam historiographum *a* depinxisse; ut ingentiora cætera ejus membra, imò totius indè corporis admirabilem magnitudinem aperiret. Hæc item ipse, superingentem, superexæstuantemque Jubaris Africani charitatem prosequuturus; digitum tantùm commostrans, sat, censeo, est dixisse: *b* de Vasis ipsis Dominicis, cùm non haberet quid indigentibus amplius erogaret, frangi, conflarique jussisset; ut proximorum necessitatibus subveniret. Unguis enim hæc præstat nosse Leonem. Quod autem hac præcedente, Virtutes cæteræ omnes, uti pedissequæ subsequantur, inconfesso est apud omnes; ideoque haud in dubium revocandum, quod habemus in Claris. Unde pro rato teneatur omninò, necesse est: Augustinum supereminenter adeò Virtutes omnes excoluisse; ut sub carnis positus tegumento, Unus veraciter crederetur ex illis, Qui uti Spiritus, Spiritibus cæteris præstan-
Tob.12.15 tiores, in conspectu Dei, Scriptura auctorante, omni ævo, die, noctuque, vindicantur astare. Astat propterea cum ipsis modò, (vita functus in senectute bona, annum
Gen.15.15 Generationis agens septuagesimum sextum, Regenerationis verò quadragesimum tertium, A Christo nato 433. secundùm probatiorem sententiam; *c* pœnitentiis multis, monachalibusque confectus exercitiis; lugens, legensque Davidicos pœnitentiæ Psalmos (apponi jussos contra Parietem in quaternionibus inscriptos, ut incitamentum sibi essent doloris, ac in suorum veniam peccatorum) astat inquam cum Ipsis modò contubernalis, Quorum socius individuus semper extitit in hac Valle mortalis; æternaliter cum iisdem victurus in Patria: Ubi con-

scriptus

a *Habes apud Plinium nat. lib. 8.* b *Possidon. in vita; & habes apud Surium 28. Aug.* c *Consule Ribaden. Flos Sanctorum tom. 1. die 28. Augusti. Secùs verò Baron. ad ann. 430. tom. 5. num. 77. &c.*

ſcriptus jamdudùm Civis, præſentem modò Dei vultum cernens, eique ex meritis acceptiſſimus; non ceßat interpellare pro nobis. Ejus ideò confiſi precibus, qui adhuc miſeri Vallem inhabitamus; illuc tandem pervenire ſperamus, quò poſt inſenſa multa perpeſſa ipſe pervenit: Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto; Qui eſt Benedictus: Amen.

Ephef.1.19
Rom.8.34.



D E



DE

S. BENEDICTO

Cassinensium Patriarcha.

BENEDICAM TIBI, ET MAGNIFICABO NOMEN TUUM; ERISQUE BENEDICTUS. *Genes.* 12. 2.



Dan. 3. 26. 54 ENEDICTUS sis, Domine Deus Patrum nostrorum, & superlaudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. Benedictus in Throno Regni tui, Domine Deus, Pater omnipotens; Qui degentibus nobis, ac
Isai. 9. 2. habitantibus in regione umbræ mortis, Solem oriri jussisti: Sole ipso septempliciter clariorem, Re verè Benedictum, ac Nomine, Nursien-
Esth. 6. 6. 9. sem Sanctissimum Benedictum. Cui quidem, cùm ab æterno benefacere decrevisses, ut cœcis nobis degentibus in occasu consuleres; Benedictione eum perpetua benedixisti, ne in tenebris deperiremus confossi, qui in tenebris fueramus hacte-
1. Pet. 2. 9. nus consepulti; sed de tenebris in admirabile lumen tuum, hac luce media, vocaremur. Gaudium itaque, ac tripudium (N.N.) lætitia, & exultatio: lucem habentes, non timebi-
Psal. 90. 5. mus planè à timore nocturno, à negotio perambulante in
Eccles. 51. 4. tenebris; ab incursu parati leonis rugientis ad escam. Lamentationes procul eja, carmen, & væ: non est cur lamen-
Ezech. 2. 9. temur in posterum; quidve paveamus ignoro, orto jam Sole;
Marc. 16. 2 Sole usquequaque protecti. Carmen lugubre longè fiat à no-
Ezech. 27. 32. 33. 32. bis; qui unde plurimùm collætari habemus. Quasi musicum in ore ergo personet carmen: dum à potestate eruti tenebra-
Colos. 1. 13 rum; in lucem sumus translati. Magna quidem Gratia! Ne

aber-

aberraremus à via, magnum hoc luminare, Benedictum, Benedictus accendit in medio nostri; superque Cassinensem constituit montem, montem planè Excelsum valdè, ac Eminentem; ut ab omnibus, qui in domo sunt, videretur, utque cunctis luceret, qui habitant undequaque. Quid est ergo, quod in posterum paveamus, Stella Ductrice? Et ecce Stella, quam viderant (habemus oraculum) antecedebat eos, usque dum staret, ubi positus erat Puer. Magnum misterium! summè colendum nobis indictum è Regalibus lumen. Hujus siquidē ductu ad puerum invisendū, adorandum, æternaliterque fruendum, incolumes nonnisi certò perveniemus post incolatum. In Domino itaque exultemus (iterum, atque iterum dicam) & gaudeamus, oportet, Benedictum Ducem habentes in via, per quam ex occasu ambulamus in Ortum. In Hortum ingrediemur securi; ubi virentia semper pascua, ubi vividi, ac vegetes semper flores, ubi gustui summè delectabiles fructus, omni ævo conservantur maturi.

Gen. 1. 16. Matt. 17. 1. Gene. 22. 2 Matt. 17. 1. 5. 15, 2. 9. Psa. 31. 11. Phil. 4. 4. Psal. 49. 2. Cant. 5. 1.

De hoc itaque Occidentis Primo Monachichen Sanctissimo Patriarcha (qui virtute indutus ex alto, alta semper est operatus, alta docuit, in alta Cælorum conscendit) brevis modò erit vobis sermo; ubi lucem tamen, ad effingendam lucem, mihi lippo concedere non dedignetur, Qui lucem habitat inaccessibilem, Christus, Lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Hanc diū petii, hanc requiram, hanc vestris orationibus spero. Lucem expeto, lucem exopto, expecto lucem, lucis expers: ne quæso deneges mihi, Domine, ut videam; id tantùm mihi in votis est; hoc tantùm supplex exoro. Quod autem mihi, mala jugiter operanti, non ambigerem iri denegatum; Te interpellante, Augustissima Mater Augusti, quin obtineam, non addubito. Nihil penitus extra te: cuncta per te (Bernardo *a* judice) didicimus, dilargiri. Augustam itaq; deprecemini mecū unà: si fortè meorū Augustus commiseratus clamorum, peccatorum oblitus, deprecata consignet. Stemus simul, simul oremus, dicentes: Ave Maria, Gratia plena.

Eccl. 11. 7. Luc. 24. 49. Josu 8. 20. 1. Tim. 6. 16 Joā. 1. 9. Psal. 26. 4. Prov. 30. 7. Mat. 20. 30

Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum; erisque benedictus, loco præallegato.

I Cui

a *Bern. ser. 4. super miss.*

Cui vult Benefacere Imperator, quis non fœlicem deprædicabit omninò? Principum benè novimus, velle idem esse, quàm operari: dum Principis operatio erga quenquam in bonum, non est aliud, quàm beare. Beatus ergo, quin imò subditis cunctis Beatior absolutè, qui Regis sortitus Gratiam, Regem munere meruit singulari obtinere secundum. Hoc honore condignus est, clamat Aman, ira dissecatus omninò;

Esth. 6. 11. obediunt cuncti, ad Regias jussiones lætantes, hoc honore condignus est, quencunque Rex voluerit honorare: ut sedeat

1.Reg.2. 8. videlicet cum Principibus, imò Princeps sedeat super Principes, & solium gloriæ teneat; indutusque vestibus Regiis, im-

Esth. 6. 8. cum seqq. positus super Equum, qui de sella Regis est, Regio diademate coronatus incedat per plateas Civitatis, oportet, quem Rex

Eccl. 31. 9. honorare desiderat. At quis est hic, & glorificatum comprædicabimus eum? Unus est Aman, Mardocheus est unus, unus

1.Cor.10. 11 est singulariter Assuerus; loquatur Apostolus, velamen detegat Arcanorum: Omnia in figuram contingebant illis. Quis unquam Imperatorum curavit; (lucrentur licèt Principes dona sua, Athalarico Rege firmante, signante Cassiodoro *a*, reponantque thesauris, quod famæ commodis applicant:) Quis inquam Imperatorum putavit unquam, Amicitiæ cul-

Joa.15.15. tum in Regia laude ponendum; itaut Amico potiùs videatur benefacere Princeps, quàm servo? Ante Theodosium, *b* magni planè nominis Principem, nullum penitùs invenerunt historiographi, Amicitiam in subditis agnoscentem: dum Amicitiam hic, nomen ante privatum, nedum intra Aulam evocarit; sed indutam purpura, auro, gemmisque redimitam, receperit; adeòque sibi strictè devinxerit; ut cui hanc gratis dare decrevisset, Primus fieret inter Magnates, cunctisque Principibus, ac Magistratibus honoratior; ac propterea omnium fœlicissimus diceretur. Si ergo tantam Homini ærumnoso concredunt fœlicitatem (si tamen inter spinosa Terræ hujus fruteta Ædem sibi fœlicitas construxit unquam sub sole: Sol enim nescio, an viderit unquam fœlicitatem in terris) ut Beatus dici valeat, ne dum fœlix, cui Princeps ri-

Hab. 1. 10. diculus, ac mortalis (Reges enim omnes ridiculi ejus:) tanquam non emptitio, sed Amico, decreverit benefacere: quid, ama-

a *Cassiod. lib. 8. epist. 23.* b *Latius Pacat. Panegy. in Theod. Imp.*

amabò, erit dicendum, quidve sentiendum de eo, quem Princeps Regum Terræ, quem Divinus omnipotens Assuerus, non Apoc. 1. 5.
ridiculus, ac Scenicus Imperator, Benedictione peculiari benedicere, interque Gentes magnificare firmarit? Benedicam Gen. 12. 2.
tibi, & magnificabo nomen tuum; faciamque te in Gentem magnam. Noe tunc justus evasit continuò, ac perfectus: 7. 1.
Abraham perfectionem item tunc induit festinatò: Ubi te 6. 9.
vidi justum (audivit ille) super terram: præmittente Scrip- 17. 1.
tura: Noe vir justus cum Deo ambulavit: Hic verò: Ambula coram me, & esto perfectus: Imperium ly esto significans, (judice *a* Lippomano) non monitum, sive consilium, uti credunt plerique, usus scripturarum ignari. Unde Vates testatum iri voluit, ad exemplum: Ipse dixit, & facta sunt. Psa. 32. 9.
Dicente enim Omnipotente quæque per Verbum; fit conti- Joan. 1. 3.
nuò quidquid verbo imperat, ac demandat: Omnia per Verbum facta sunt, & sine Verbo factum est nihil: Dic tantùm Matt. 8. 8.
verbo, & sanabitur Puer meus.

Benedicto itaque (Alter porrò, & ipse Abraham, qui be- Gen. 12. 2.
nedictus à Domino, Pater multarũ Gentiũ fieri meruit) suæ vocis imperio Benedictus imperãs: Egredere (ait) de Terra tua, 17. 4.
& de cognatione tua, & de domo Patris tui; & veni in Terrã, Gen. 12. 2.
quam monstrabo tibi; faciamque te in gentem magnam. Magna planè promissio, Regiæ Majestatis verbo firmata; Quod autem sequitur, expendamus. *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum; erisque benedictus*. An non opere comple- Ibidem.
visse credimus, quod promisit? Fidelis est repromissor; non Ps. 144. 13.
frustrabitur veritatem: priusque Cælum ipsum, ac quidquid 131. 11.
Cæli, terræque ambitu continetur, redigetur in nihilum, quàm Esth. 13. 2.
jota unum, aut unus apex prætereat à promissis. Unde nec Matth. 24. 35. 5. 18.
Benedicto itidem, uti tot retrò sæculis Abrahamo, hanc eandem, ut prædiximus, factam fuisse repromissionem credatis; nisi luce priùs hæc ipsa vobis dilucidior elucescat.

Nobili igitur Genere Benedictus exortus; Nursiam Patriam Provinciam, (ut accepimus à Gregorio *b*) præclaram ante, præclariori suo lumine plurimùm illustravit. Fœlix planè Patria, fœlicia tecta, ubera prorsus fœliciora, quæ expendistis primùm, conclusistis, lactastis, Qui (veniens in nomine Domi- Marc. 11. 9

 ni

a *Lippom. in cap. 17. Gene.* b *Gregor. proem. lib. 2. dialog.*

ni) Benedictum, Lucem, Legem, Lac, ab ortu superiori, ad hunc nostrum inferiorem occasum, Primus attulit gloriosè! Habes porrò Nursia fœlix, unde invidearis plurimùm: At luge; dum citiùs charo pignore, inæstimabilique thesauro, Numine disponente, privaberis. Roma item nobilitetur oportet; Latium & illustretur necesse est, Monsque Cassinensis sanctificetur moribus, ac virtute illius, quem misit Dominus,
Gen. 12. 2. orbem occiduum renovare. En vox Divina, clàm licèt, cla-
Act. 12. 7. mat apertè: Eja nunc, Benedicte, tempus est surgendi: surge
2. Paral. 20. 6. velociter. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de
Judith 16. 16. domo Patris tui. Quis erit ergo, qui Gubernantis voluntati resistat? Romæ Igitur, Mundi Capiti, Orbis Reginæ,
Esth. 13. 9. (volens nolens uterque) liberalibus studiis imbuendum, seu potius (dixerim) ad novum inibi Philosophiæ genus fundandum, Benedictum licèt Puerulum tradidere Parentes: Partem hanc sui nobiliorem in posterum non, non visuri. Bone Deus! nondum, dixerim, ablactatus,
Isa. 28. 9. avulsus ab uberibus, foras mittitur exul! Quæ dispositio, nisi crudelis? Dispositio planè suavis, ac mitis, mittentis Benignissimi Patris. Voluntas porrò benignissima: optimum sanè decretum Benefacere volentis Omnipotentis. Om-
Esth. 6. 9. 10 ne tempus tempus est opportunum tempora Disponenti. Nescit tarda molimina, a Qui moderatur omnia Deus. Magnum ipse fecit, & Parvum: Parvulorum, ac Robustorum
Sap. 6. 8. 1. Cor. 12. 6 Unus Ipse dirigit calles; Cunctorum Inspector ipse; Ipse ad libitum operator: Ipse est, qui operatur omnia in om-
Sap. 6. 8. nibus. Cùm in Canis Potentioribus, tum in lactentibus imbecillis, quid est, quod Grandis ipse, fortis, ac potens, velit
Luc. 1. 49. tantummodò, Grandia operari non possit? Fecit mihi magna, qui potens est. Lectionem excipiamus, sensum accuratè
Gen. 12. 12 pensemus. Quid egredi, Benedicte, cunctaris de terra tua? Quid moraris Cognationem tuam relinquere? Patres, Pa-
Luc. 14. 26. & 33. rentes, Patriam, ut quid deserere remoraris? Nescis, quod nisi
Mat. 13. 22 renunciaveris omnibus, quæ possides, non potes meus esse di-
Marc. 10. 22 scipulus? Divitiæ spinæ sunt, impedimenta substantiæ, nequis me pauperem affectetur. Non est ergo bonum, te inter substantias enervari, deperire, ac suffocari inter divitias. Non est

a *Ambros. lib. de Relig. & 2. in Luc.*

est bonum,te inter tuos diutiùs permanere;ne saturitas panis, Ezech. 16.
Bonorum affluentia,& sequela,malum te posthac reddant,qui 49
bonam animam es sortitus; tuumque, quibus circumdaris,deliciæ pariter, ac divitiæ, tuum inquam optimum intellectum immutent; qui,ut immutes malè affectos homines, natus es. Sap 8.19. 4 11.
Parentes itaque omninò tibi sunt odio habendi: Propinquos, Luc.14.26
Cognatos,Amicos odisse,necesse est; adhuc autem & animam ipsam tuam, ut meus inde,& esse, & vocari,discipulus merearе. Lubens ergo omnia labentia, & mundana desere cum te ipso; meque pauperem sequere pauper; & relicta tibi conduplicanda non ambigas, & deserta non addubites invenire; habebisque item thesaurum in Cælo, qui paucula quædam, & hæc nõ minimũ onerosa,reliquisti in terra. Omnis quippè,qui Mat.19.21
reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, sive Patrem, sive 19.29.
Matrem, aut aliud quodcunque propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Veni igitur terram possidere; Terram,quam mõstravero tibi: Terram omni refertam dulcedine, omni pinguedine copiosam: Terram lacte manantem, ac melle; faciamque te in gentem magnam: Deut.6.3. Gen.12.2
multiplicaboque semen tuum sicut stellas Cæli, & velut are- 22.17.
nam,quæ est in littore maris. Romam interim concede;non diù quidem inibi permansurus; sed ut litterariis aliqualiter disciplinis imbutus, aptior reddaris ad exequenda mandata; indeque dicetur tibi, quid te oporteat facere. Act.9.7.

Hæc prima Divinæ Sapientiæ lectio; hæc ejus discipulo Benedicto instructio prima; isthæc Omnipotentis prima jussio servulo patefacta; hæc prima Præceptoris directio, electi ejus ministri tabulis cordis inscripta. Pax ergo tibi,puerule Tob.5.21.
Benedicte: Angelus Dei Bonus te comitetur ubique, ne un- Ps 90.12.
quam offendas ad lapidem pedem tuum. Eja, ne cuncteris jussiones exequi,mandata ne remoreris implere: Festina,accelera,ne morere. Isai.8.3.

Romam itaque (ut prædiximus) Parentibus, Patriæ, domuique toti, ampliùs eam non revisurus, viriliter valedicens, contendit festinanter,ætate puer, sensibus canus,maturus moribus, Benedictus. Quem Nutrix, teneritudini consulens, consequuta; saluti ejus potissimùm insistebat, ne Parentum expectationes, vota, desideria,frustrarentur. Ingreditur Ur-

bem,

bem, visitat Sacra, Reliquias veneratur, dulcedine superfunditur, sanctæ Civitatis hospes factus, ac habitator. Humanis posthæc sese tradidit litteris imbuendus, qui Divinis potiùs erat plurimùm profecturus; ideòque dum illis vacabat impensè, à conversationibus quibuscuuque radicitùs abdicatus, ab ocioque nusquã penitus feriatus; in his, amplioribus incrementis, proficere toto studebat conatu, tanquam verè sublimioribus disciplinis. Unde factum est brevi, ut quæ totum præoccupaverant cor, totum violenter ab illis divellerent, quæ roris defectu coaluerant perexiguè. Sicque despectis omninò litterarum studiis (nobilis modò lingua fatur Gregorii; Quiquidem undantis eloquii claritate, verbis utens Ravennæ *a*, ita actus ejus depinxit, & vitam; ut & stylus sententiarum majestate scintillet, & sententiæ stylo reluceant clariori.) Despectis, inquam litterarum studiis; cernens in eis multos ire per abrupta vitiorum; ne, si quid de scientia ejus attingeret, ipse quoque posteà in immane præcipitium totus iret: eum, quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem: solique Deo placere desiderans, sanctæ conversationis habitum quæsivit. Hæc Gregorius. *b* Quo edocemur, tarda nescire molimina Gratiam Spiritus sancti, qua fideles repleti, velociores aquilis ipsis, igneque redduntur efficaciores in operãdo. Qui Romam itaque, Divino potiùs, quàm humano, jussu venerat Benedictus; non ut ibi diutiùs (ut prædiximus) permaneret; sed ut isthinc locum concederet, quem Dominus foret ei demonstraturus: Jussu eodem festinus indè discessit, quò Parens optimus venerat festinanter. Egreditur civitate, dat se itineri, longas graditur horas; quò verò pergebat scienter nescius, sapienterque indoctus puer, nesciebat omninò: qui
Tob. 6. 11. tamen, comite Raphaele, securus ad sibi paratas nuptias ducebatur. Quò progrederis solus, sola te visibiliter affectante fœmella, pervius Puer? Quò Puer vadis, per hæc loca deser-
Ps. 62. 3. ta, per invia, & inaquosa, per hæc abrupta viarum, per hæc arentia Peregrinus, nec perhorrescis? Solitudinem (N.N.) montemque visionis illum, quem ei desponderat Christus, quemve firmissimis sponsionibus jammodò decreverat habitare,

a *B. Petr. Cardin. Damian. hom. in S. Benedictum.* b *S. Gregor. proem. lib. 2.*

tare, post currentem Magistrum, cursu item rapidissimo contendebat. Exultabat quidem, ut Gigas, ad currendam viam; viam tamen, quam ignorabat; ut ad locum, quem mente noverat, animo collustraverat, perveniret. Nec viam sanè, qui devius videbatur, recto calle deflexit: nam fidelissimus invisibilis ejus comes, Angelus Sanctus Dei, in Enside primùm, in Sublacensi perindè specu, ut soli Deo vacans, omnes lateret, directo perduxit itinere; ne imperanti Domino non pareret.

Ast non silentio occulendum autumo, quod oculatus ipse custos humilitatis, fuga arrepta, censuit contegendum, patratum ab ipso in Enside (ubi aliquandiù Nutrice instante domicilium fixerat) magnum, ac mirabile planè Portentum. Siquidem, cùm ad purgandum triticum sibi Nutrix ipsa præstari quodam die à vicinis capisterium petiisset, casu, nescio, an inimico hominis operante, fractum reperit, quod acceperat sanũ. *a* Quid egerit, quæ dixerit, quantum fuerit contristata, quæ non habebat unde, muliercula hospes, damno satisfaceret, vos ipsi dijudicate, qui nostis, Fœminas ut plurimùm in minimis summoperè contristari. Hærebat gravis, tristis sedebat, mœrebat dolens, lassaque plurimùm in doloribus, sustinens laborabat, anceps utcunque quid esset factura, ut fractum capisterium repararet. Adit pavida Benedictum, casum indicat mœrens, ejulat, affligitur, lamentatur; ejusque pedibus provoluta, remedium sibi afferri, deprecatur enixè. *b* Misertus ille calamitatem, blandè consolatur mœrentem; utque Deo fidat, cui omnia sunt possibilia, adhortatur. Interim fusa ad Patrem misericordiarum ferventi, humilique oratione, fiducialiter agens, manum extendens in capisterium, verbo sanum reddidit iteratò, quod repererat fractum. Magna fides! sed major quidem humilitas nobis per sequentia demonstratur, qua sanctiorem veneror, ubi agnosco humiliorem. Sanctitas quippè vera (ut excerpsimus à Patribus *c*, *d*) nõ in operatione consistit miraculorum: cùm & peccatores ipsi possint interdiù miracula operari; sed in veræ humilitatis stabilitate, quæ omnimodæ, consummatæque sanctitatis est fundamentum. Dum ergo miraculorum patratorem conspicio, &

Isai. 1. 14.

Marc. 14. 39.

Isai. 2. 2.

a *Consule Gregor. c. 1. lib. 2. dialogor.* b *Habes apud Baron. ad ann. Christi 493.* c *Ephr. par. 5 n. 31.* d *Aug. tract. 21. in Ioannem.*

& si acceptum arbitror à Deo, cujus virtute utitur; Quis tamen scit, an ad ejus confusionem (Deo id exigente) patrata admirabilia verti debeant aliquando? Nonne in nomine tuo prophetavimus? (Sacra nobis eloquia totum declarant) non-
Matth. 7. ne in nomine tuo dœmonia ejecimus, & virtutes multas feci-
22.23. mus? Tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: discedite à me operarii iniquitatis. Expendimus & discipulos aliquandò lætis vocibus gloriari: Domine, etiam dœmonia subiiciun-
Luc. 10 17 tur nobis in nomine tuo. Quis portentum non admiretur? Subjectio dœmoniorum hominibus! Rara virtus, ingens po-
18. testas! Quid autem Verbum responderit, audiamus: Videbam Satanam, sicut fulgur, de Cælo cadentem. Quid ex hoc insinuare prætendit? Superbiam planè in nobilioribus etiam
10.20. creaturis, irreparabili casu, contritam. In hoc ergo nolite gaudere, ubi & inimicis hoc dari possit; sed gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in Cælis; quod solis Humilibus conceditur, ac Amicis. Humilem itaque quempiam esse, admiror potiùs, quàm miraculorum operatorem: hic enim potest cum miraculis suis perire, alter miserabilis Judas, quem non dubium miracula patrasse cum cæteris; ubi Humilis casum pertimere non habet, in statu perseverans humilitatis. Gaudet ideò verus humilis mala potiùs mundi perpeti, omnique asperitatum, & contradictionum genere fatigari, quàm vitæ hujus favoribus elevari. Timens itaque sapientissimus Benedictus, patrato miraculo, ibi præcipitium comprehendere, ubi laudum extollentias videbat; ne in præceps iret, sibi consuluit oculatus. Relicto ideò, alter Joseph, in manu Nutricis reparato capisterio; in ore autem hominum, inanem gloriam suscitantibus, laudum præconiis, solus festino aufugit
Gen. 39. 12 gradu, & egressus est foras: utilius judicans, ferarum ad instar, per deserta devius peragrare, quàm inter hominum vanos honores ad modicum exaltatus periclitari; Egressus est inquam
Matth. 4 1. foras: ductus à Spiritu in desertum; Spiritibus indè Cælestibus copulantibus: iisdemque interim affectantibus, ac protegentibus, suaque jugi protectione, directione, adjutorio, ab imminentibus inimicorum offendiculis ubique custodientibus.
Luc. 2. 13. Fretus itaque Divina Gratia, tantisque sub Ducibus militiæ
Matth. 4. 1. Cælestis exercitus, in desertum locum quendam perductus,
cui

cui sub lacum (ut prædiximus ex Gregorio *a*) nomen est, frigidissimas, ac perspicuas emanans aquas; inibi pedem Divino fixit Adolescens mandato, perarduum illud vitæ genus exindè exculturus; quod mundus quidem totus ingenti cum stupore est admiratus, quodve dicerem admirabile potiùs, quam imitabile, nisi hominem & Ipsum fuiße passibilem, sicut & nos, ex humana qua indutus est trabea, ratum haberem, atque faterer. Quid autem tenerrimus adolescens egisset, qui nondum ternum attigerat lustrum; in hac vastissima solitudine, perhorrentem habitans specum, in loco squallido solus, omni penitus humano destitutus consilio, omni privatus solamine, omniq; favore frustratus; nisi superno illustratus oraculo, Divina gratia consolatus, Angelis contubernalibus visitatus, quod perficere teneretur, edoctus esset? Omnipotentia Gubernatrix nullum planè deserit unquam, pro sui amore prospera mundi despicientem, solitudinique, ut ipsi soli feriatus adhæreat, cõmittentẽ: quin imò dans liberaliter auxilium de Sancto, adjutorium omne ministrat in tempore opportuno. Dedit igitur & Benedicto providus Pater Cælestis, quæ sibi necessaria forent utriusque hominis adjumenta, ut haberet unde vitæ cursum dirigeret in deserto. Per Angelos enim, imò & per seipsum, spiritualia invisibiliter non destitit ministrare; Qui tamen & corporalia, per Monachum quendam, sub Deodati Patris Regula viventem, Romanum nomine, ministranda curavit. Repertum ergo, Numine operante, Peragrantem adolescentem Romanus, quem quæritabat; & secretum tenuit (quod Benedictus plurimi fecit) & adjutoriũ omne, liberalis impendit, *b* & sanctæ conversationis tradidit habitum; & in quantum licuit corpori necessaria ministravit: Minister in hoc planè Domini fidelissimus, ne dum prudens quem Dominus ipse constituit super famulum suum, ut suppetias illi necessarias præpararet, ejusque fieret Dux, ac Præceptor; quem Ducem exinde, ac Præceptorem Populi multi, multarumque Gentium Patrem esse decebat. Diebus itaque certis, ne fame plurimùm castigatus periret, cujus erat ipse curator, panem Benedicto solitario afferens, illum in præceptis Monachichis instruebat. Qui tamen longa haud necesse habebat

[Margin notes: Jac. 5. 17. / Act. 10. 26. / Psal. 19. 3. / 144. 15. / Matth 24. 46. / Isa. 55. 4. / Gen. 17. 4.]

K

a. *Gregor. lib. 2. dialog. cap. 1.* b *Idem ubi supra.*

bebat instructione; dum tanto de die in diem in arrepto vitæ instituto proficiebat valentiùs, quantò ardentiùs illum, quem sectabatur invisibilem vitæ magistrum, jugi vigilantia avidus audiebat. Pane interim contentus, & aqua; quod nunquam in exequendis mandatis reluctans expertus fuerat, dirissimis afflictionibus innocuum corpusculum macerabat: Imitator factus Baptistæ, qui innocentissimus licèt, & innocentiam asperitatibus plurimis, quasi clave conclusam, cautè custodiebat; & carnem, ne innocentiæ aliquando adversaretur, multis flagellationibus castigabat. Quæ ergo diluis, sanctissime Puerule, in carne tua admissa scelera: quas in Animula ista tua contractas abluis maculas; qui nec scelus unquam pœnale, nec maculam quandoque, ablutione necessariam admisisti? Habemus
Exod. 25. 40. exemplar: inspice, (Puer ipse respondet) & fac sicut exemplar, quod tibi in Monte monstratum est. En Parens noster sanctificatus, en Dux innocentissimus, ac Præceptor; En Patriarcha Joannes, qui ab infantia, jugi quidem perseverantia, ad instans usque ostensionis suæ ad Israel, in deserto permansit, non manducans, nec bibens, pilis Camelorum indutus, zonamque juxtà lumbos habens pelliceam, ad augumentum
Luc. 1. 15. asperitatis. Num ipse Joanne sanctior, qui sanctus ex utero matris suæ? Num Eo Ego purior, maculosus; qui non Angelicam ex Genitricis alvo indui puritatem; sed in peccatis con-
Psal 50. 6. ceptus, maximus peccator evasi? Angelus ille, Homo pec-
Matt. 11. 10. cator ipse: Ipse obsequens, ego rebellis: Æmulator ego malorum, Angelorum æmulus ille: ut quid ergo carnem ipse pec-
Luc 5. 1. catricem non castigabo, dum innocentissimam carnem suam
Gal. 4. 19. illum prospicio conterentem? Sinite ergo me, sinite carnem
Luc. 24. 49 meam rebellem exagitare, donec in me caro efformetur Chri-
Philip. 2. 6. sti dilacerata, virtuteq; ex alto induar Ejus, Qui cùm in forma
Gal 2. 20. Dei esset, nec rapinam arbitraretur esse se æqualem Patri: tra-
Phil. 2 8. didit semetipsum pro me, factus obediens usque ad mortem,
Matt. 3. 15. mortem autem sævissimam Crucis. Sinite me Cruci carnem meam affigere, ut Crucifixo conformer: sic enim oportet, ad modulum, me implere omnem Justitiam, quam ore didici Sapientiæ edocentis, ut & ipse cum Paulo dicere valeam:
Gal. 2. 20. Christo confixus sum Cruci; vivo ego, jam non ego, vivit verò
Rom. 8. 9. in me Christus: vivens autem in Christo, quis me separabit à Chri-

Christo? Hæc, nobis planè carnalibus, spiritualis omninò Puerulus Benedictus: Nos verò miseri plurimùm, ac maculosi, quid audebimus respondere? Ille autem obmutuit; (protestatur Evangelista) quid justis objurgationibus responderet, nō habens: nos obmutescere ad hæc omninò necesse est, deque nostris ipsis infirmis actibus luculenter verecundari; dum habitum sanctæ conversationis vestientes, habitus damnabiliter pravos sæcularium retinemus. Nescio quidem, an soleat, nisi præcedentibus meritis, subsequentibus Gratiarum torrentibus Animas Largitor optimus inundare; scio tamen, nec Boni quidquam hominem promereri, nisi vasa & ipse vacua offerat Desponsori. Ut quid ergo, stantes in foro tota die otiosi, unctionem prætendimus, inundationem expectamus, gratiarum flumina præstolamur? Scimus planè quid exequi teneamur: Væ ergo nobis, ad mensuram non operantibus notionis. Sed nec item (ut novimus) stat oleum aliquando; nisi vacuis deficientibus vasis. Quantò plura igitur vasa vacua offerentur, tantò superabundantiori sanè Charismatum oleo cumulabuntur. Non mirum ideò, quin super nubium altitudinem, super cacumina Montiū, super elevatissimū Candelabrū elevatum, mundus expenderit Benedictū: dum juri consentaneum erat omninò, ut eò ferri mereretur sublimiùs, quo virtutum omnium Actus demissiorem, contractiorem, humilioremq; in oculis reddiderant omnis carnis: gloriosiorē licèt cæteris utcumq; sibi per circuitū exæquatis Virtus enim humilitatis, quem super Candelabrum exponit in profundum jammodò demersū nihilitatis, tātò solet sertis venustioribus exornare, ut inde præclarior vindicetur; quātò priùs demissiùs profligarat, ut sibi ipsi contractus, plurimū sese humiliaret elatus.

Matt. 6. 26

4. Reg. 4. 4.

Matt. 20. 7

4. Reg. 3. 6.

Eccl. 44 22

Mar. 4. 21.

Per Virtutes igitur, per Miracula, per gloriosam ubique resonantem Famam, post triennium, quo latitarat in speca, notior factus, qui gaudebat, ac lætabatur ignotus: non solùm ultrò Apum concurrentium duodecim brevi implevit Alvearia; duodecim videlicet Philosophorum conversationis ejusdem Asceteria; sed & præclarissimum, sanctissimumque Monasticum institutum, Orbi reddidit in occiduis hisce Regionibus, instauratum; adeoque subindè longè,

a *Baron. ad ann. Christi 527. to. 7. post Gregor. dialog. lib. 2. cap. 3.*

Gen.15.5. lateque diffusum, ut præ multitudine, Cæli stellarum ad instar, quæ ad calculum revocari non valent, Monachi unius Parentis hujus non possint omnimodò supputari. Licèt enim
Psal.44.15 diverso (in Ecclesia Dei circumamicta varietate) nomine censeantur; instituti tamen ejusdem esse Parentis, & ab ipso, tanquam è perenni, principaliorique Fonte progredi, gloriatur; impleta jammodò promissione: Benedicā tibi, faciamq;
Gen.22.17 te in gentem magnā, semenque tuū multiplicabo sicut stellas Cæli, & velut Arenam Maris: Erisq; Pater multarum Gentiū.

Quod si unam modò, ex multiplicibus ejus Posteritatibus gloriosis, ac si per transennam, memorare licebit; ne omnes, præter naturalem, reticentes, vel fabulas retexere videamur indoctas, vel effari verba inania, ac ventosa: illa
2.Pet.1.16 forsan multiplicitate frustrati, qua & Filiorum multorum
Job 16.3. Pater, & multarum gentium Patriarcha gloriatur: (Illius quidem ad instar, qui Isaacum unicè dilectissimum habens ex Sa-
Gen 25.6. ra, aliis, ex aliis item, Natis gloriabatur insignissimis usquequaque: quibus dum munera hic est largitus; Ille, ut munus optimum, Regulas, ad benè vivendi formam, tradidit, Bonus Pater:) Si unam, inquam, ex tantis, memorare licebit: illam planè, paucis, memorare contendam, quæ non breves glabri Peniculi tractus, non colores quidem infirmos, non Artem pingendi languidam, in suorum Ampliationem expeteret meritorum; sed Amplissimam, ne dixerim, vel Oratiunculam, vel Tractatulum, librorum planè multiplicium vastitatem: Olivetanam inquam Familiam, cujus Mater, ex Gratia, Gratiarum Mater illa sublimis, quæ Patrem, Filiumque, in uno Christo, habuit Deum, ex quo & Angelorum Regina, & hominum omnium Imperatrix meruit nominari, Maria: Parens verò (ex Patre ipso multarum Gentium Benedicto) *a* Beatissimus ille, Joannes primùm, in lapsu, jammodò natus; in resurrectione post hac renatus, Bernardus. Bernardus inquam ille, quo nescio, an sæculorum ætas annosa, in utraque, & Sanctitatis, & Nobilitatis Progeniei Gloria, Illustriorem expenderit unquam, usquam habuerit clariorem. Regalis quippe Familiæ Ptolomæorum Ægypti Pal-

a Consule Petr. Marcell. Abb. Oliv. in vita B. Bern. Ptolem lib. 1 c. 1. Item Baptistā de Populan. & Greg. Lomb. Ord. Præd. in vita ejusd. initio.

Palmes, pluris oppido gloriari habuit ex duodenario Beatorum sibi sanguine conjunctorum numero, dudum inter innumerabilem Dei domesticorum ascripto, quàm ex perinsignium tot Proavorum vel Sceptris, vel Fascibus, vel Trophæis, vel, vana licet, cunctis tamen conspicua, sibi sæculi, arcu quidem valido, & sagitta, vendicata Nobilitate. Sed quid ad eum utriusque nobilitatis Familiæ decus tantum; (quid nobis profuit, dicebant in sua Nobilitate damnati, Superbia? Aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?) Quid ad eum Prosapiæ tot decora, si cum ignobilibus cæteris, in Abyssorum, ex propriis, Carceribus destinatus, illuc irreparabiliter corruisset, ubi & nulla penitùs est redemptio, & Cognatorum nullum suffragium meritorum? Et corruisset forsan; tanta inter præcipitiorum multiplicium incentiva, fœlicitate infœlicissima, constitutus: si, vel Toga Doctoratus, & Cathedra; vel Philosophiæ sertis pariter, & corona; vel Patritiorum honoribus; vel supremo Patriæ Magistratu, quam Princeps populi rexit; vel Fascibus Equitatus Imperii; vel Equis, Curribus, vigiliisque nobilium, deliciis, affluentiis, Mundique vanis cæteris, perituris que fœlicitatibus, inani elatione contentus, Ptolomæus in sæculo, obscurus sibi ipsi, remansisset Joannes. Atquia, Deo gratias, ex Joanne Bernardus, (Bernardum illum prosequens verè sapientissimum, qui & Gloria Unius Parentis extitit Benedicti, & Cistercii nisi fundator, ac Princeps, Reparator recens planè insignissimus, ac Propagator; & Fidelium populorum Corona, & Scriptorum decus æternum, & Ecclesiæ Sol splendidissimus utriusque:) inter Petrarum hiatus, Joannes vetus, Baptista novus, inter montium cavitates, inter sylvarum anfractus, interque ferarum commercia, egens, angustiatus, afflictus; mutatus in virum alterum, Bernardus ex Joanne, inquam, evasit: & gloriam eapropter Parentum omnem, & merita Beatæ Posteritatis singula, & coronam Benedicti Parentis optimi splendidissimam, sibi luculentissimè vendicans; ampliorem (ex propriis) meritis suorum tantis, Gloriam plurimùm addidit Gloriosus. Sed heu miser! Quid fatiscens lingua: quid hæsitantia Blæsi: quid infirmitas lassi: quid paupertas poterit exequi Pusionis: ubi tot Calami, tot Linguæ, tot sunt vires infirmatæ Magnatum? Quid de Beato hoc

Ephes. 2. 19.
Isai. 7. 24.
Sap. 5. 8.
Hebr. 11. 37.
1. Reg. 10. 7.

hoc Ptolomæo Bernardo; sive de ejus Gloriosissima, sub Benedicto, jamdudum instituta communitate, ingenio tardus effabor: cum latere prorsus neminem non inficias eam, illum & sæculi miraculum extitisse; Hanc verò & cœnobiticorum (tantis jammodò temporibus devolutis) speculum adhuc vigere; jam Floridam ab initio, ac vernantem? Quis ignorat, Bernardo cælitùs, per Matrem Virginem, & regulam fuisse Benedicti Patriarchæ Sanctissimi demandatam; & traditum conregnantium Innocentium habitum; (qui quidem amicti perhibentur stolis albis, Joanne teste, Palmæque in manibus eorum:) Et Oliveti Montis, nostræque salutis insignia verè gloriosissima, sub annum Christi passi 1319. per Præsulem Aretinum, Guidonem quemdam, Mariæ ejusdem nomine, Ecclesiæque auctoritate fœliciter, ac solemniter consignata? Sunt libri, leguntur. a. b. c. Sed quis itē ambigit, quisve inficiari poterit aliquando, & Angelum sub mortali trabea, Angelorum, per Argenteam scalam, cum manipulis suæ tunc instituendæ Religionis, ad Cælos ascendentium, expensorem ipsum vixisse Bernardum, dum nullas piaculorum maculas (ut datur quidem intelligi, & nobis nefas est contraire) posthac admisit ablutus: & virtutes, in eminentiori, quo potest, gradu, omnes cucullatum excoluisse, cucullatorum Olivetanorum Moderatorem, & Patrem: & infensissimas (ultra quàm dici potest) visibilium, & invisibilium Inimicorum tentationes sustinuisse victorem: & meritis tandem onustum, gravem ætate, Filiorum Ecclesiæ moderatoribus, Imperatoribus item, Regibus, Principibus, Populisque charissimorum, multiplici jam posteritate fœtosum: Institutâ Religione, per annos viginti septem sanctissimè, sapientissimeque moderata; Angelis contubernalibus continuò asciscendus; XII. Kal. Aprilis, illo videlicet, quo Pater Benedictus evolarat ad Cælos, sibi per eundem transmigratione propria revelata; eodem, quo Bernardus Claravallensis Patronus Optimus, Immortalitatem Civium est adeptus, vigesimo mensis Augusti die, ætatis suæ annum agens septuagesimum super septimum, nostræque salutis mil-

Apoc. 7. 9.

lesi-

a *Habes item fusiùs alia apud Lancell. Abb. Olivet. in histor. sua Relig. par. 1.* b *Consulatur Abb. Marc. in vita lib. 2. cap. 3.* c *Lombard. in vita Bern. Ptol. cap. 10. Abbas Marcell. in vita lib. 2. c. 14.*

lesimum, tercentesimum quadragesimum octavum, di(e)m dierum clausisse ultimum, primum æternitatis ipsum acquisiisse Beatum? Sat porrò erit nobis commemorasse, ut dulcedine fructuum delibata, Arboris magis, magisque fœcunditas elucescat, oculisque suspiciatur immotis.

Trutinent ergo, qui velint, quod de hoc Palmite Benedicti Sanctissimo; cæterisque ejus plurimum gloriosis innumeri prorsus in stateris librorum tradunt copiosissimè pensitandū: Pensitantes mecum interim (ne vel ex ocio, vel ex mora nimia condemnemur) quonam modo Primo illi multarum Gētiū Parenti Maximo Abrahamo, secūdus hic noster Patriarcha Sanctissimus Benedictus in nullo dissimilis videatur. Nam ubi ad Montem visionis ille fuit solicitè evocatus, ut sacrificium Deo Unicæ Prolis offerret; gratificatus indè, Arietem, vice Prolis, sacrificare: Hic planè ad cacumen visionis idem festina tractus vocatione, ut sacrificium Domino Deo eidem ibi laudis (hæc unica Benedicti Proles) offerret, (sacrificium laudis honorificabis me, & illic iter, quo ostendam tibi salutare meum:) seque in perpetuam viventem hostiam sacrificaret, cui & sacrificium debebat omne, & omnis hostia debebatur: eò curavit impensiùs hæc implere, quò mandatis tenaciùs adhærebat. Gen. 22. 2. 13. Psal. 49. 23.

a Sedebat itaque in Sublacensi Valle humilis, Pacificusque plurimùm, inter discipulos Benedictus, dumque solus quadam nocte, ut moris erat, oraret: factus repente de Cælo sonus; sermo Domini mox intonuit super eum: Surge (dicens) & vade in Terram visionis, ibique offeres mihi teipsum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi. Magnum mandatum, promptam sanè parentiam exposcebat: promptè paruit: sed nec se promptum jussibus præstitisset, si quavis interposita morula, secum tanti ponderis negotium agitare vel minimùm pertētasset. Igitur vir Dei sanctus, vir timens, ac Justus, vir verè loquens victorias; de nocte consurgens, alter Abraham, omnibus penitùs inconsultis: non sacculum, non baculum secum tollens, nec peram; sed nec Isaac quidem, dum non alterum ab seipso offerre tenebatur in holocaustum; strato sui corporis Asino: (ut Jumentum etenim factus apud Deum:) Act. 2. 2. Gen. 22. 2. Job 1. 1. Prov. 21. 28. Gen. 22. 2. Luc. 9. 3. Psal. 72. 23

a *Consule Damian. serm. in vit. S. Bern.*

Deum:) ignem gestans, & gladium; ignem videlicet charitatis, gladium verò mortificationis, quo duceretur nescius, iter arripuit solus. Dumque per quinquaginta ferè passuum millia
Psa.77.54. graderetur, locum sanctificationis, Montem sanctificatum, terram visionis invisit; Cassinum sanctum Montem, quò vocabatur, quemve Domino reverat revelante, magna cordis jubilatione conscendit; inibi in posterùm stabiliter permansurus, monasticæque perfectionis, inconcutibilia fundamenta jacturus. Non tamen reticendum hic arbitror, quod fide dignissimus, Purpuratus unus ex Natis, omninò censuit revelandum: *a* Angelos videlicet duos, sibi invisibiliter deputatos, in biviis, toto habuisse itinere Benedictum; ut quò per ignota loca solus viator incedens, gressus dirigeret, indicarent; ne
118.32. aberraret à via, qui viam mandatorum perfectè currens, itineri se dederat, parens mandato; Sed ne solus item abiret, qui numquam minus solus, quàm cùm solus; Tres corvos Gubernatrix Providentia sibi comites visibiles deputavit, ut individui per totam viam ejus essent pedissequi, post eum assiduè gradientes, ejusque semper vestigia prosequentes. Quodque dignissimum est miratu, in eadem, quæ Cassino Monti adjacet sylva, annuatim nidificantes; sese per seminis traducē Benedicto, filiisq, subjectos eße perpetuò decreverūt. *b* Quis igitur ad hęc ingentia non miretur? Quis non obstupeat ad hæc portenta? Quis ad innumera ejus miracula cætera non obmutescat? Ego quidem si mirabilem in Sanctis omnibus Omnipotentem deprædico cum Psalmista; admirabiliorem sanè in hoc Sanctissi-
67.36. mo Patriarcha compraedicatum iri non ambigo. Quippè qui tantis ornatum virtutibus, privilegiis decoratum, fultum honoribus, miraculis esse voluit insignitum, ut mens hominis ipsa in his apographiter tantummodò expendendis confundatur omninò. Porrò nullum majus miraculum, nullum portentum vita ejus admirabilius, qua & composuit Orbem, & mores correxit inflexos, & collapsam in Orbe Philosophiam instauravit, & oves ad ovile reduxit errantes, & lupos adventantes fugavit, & Ecclesiam Catholicam reparavit. Tales præterea, ac tantos habuit filios, tum martyrii laureola decoratos,
103.1. tum confessione, & decore plurimum insignitos; tum Purpu-

12,

a *Idem Dam. ubi sup.* b *Consule Baron. ad ann.* 529 *n.* 7.

ra, & Triregno exornatos; *a* tum Sapientia, ac Scientia illustratos; ut non nisi ad miraculum hæc tanta possint ejus decora à Cordatis ascribi. Quis ergo poterit fragili prætexere calamo, quæ toto vitæ decursu Sanctus hic Patriarcha peregit insigniora? Quæ Deus per ejus merita est operatus ingentia, quæ mens capere potest, quæ recensere lingua; dum captum omne trascendunt humanum, linguæ omnino superant facultatē? Reticeatur ergo necesse est, lingua quod nō valet effari; quodve comprehendi non potest; silentio committatur oportet. Ad assiduas quidem ejus vigilias obstupesco; stupeo ad dirissimas carnis ejus afflictiones; ad orationes, jejunia, contemplationes, Psalmodiā, cæteraque altissimæ hujus Philosophiæ sublimia theoremata, à tanto viro incunctanter expleta, ingenti stupore perfundor. Paupertatem, Obedientiam, Castitatem, Charitatem, Humiltatem, Fidem, Patientiam, Sobrietatem, Justitiam, Silentium, Modestiam, Longanimitatem, Benignitatem, Austeritatem, cæterasque generis hujus virtutes, quibus unicè, non uni tantùm Provinciæ, non uni Populo, non uni quidem, & Regno; sed mundo penitus toti exemplar se præbuit Monasticæ perfectionis; admirari necesse est, & silere. Ergo deprædicent Angeli, quem non valet hominum quisque, quovis præconio, quavis oratione, dignis laudibus exaltare: dum interim lippus ipse ad tantum vitæ ejus fulgōrē hallucinatus evincor; ita ut nec valeam lippientes obtutus, cœcutientes oculos elevare. Venerorque tamen humilis ejus merita: Quosque innumerabiles plane Martyres, Confessores, ac Virgines, triumphanti aggregandos, suis Divinis regulis transmisit Ecclesiæ, turbamque denique magnam, quam dinumerare nemo potest, Altissimæ hujus Monachalis ejus philosophiæ cultricem, sua non ambigens esse decora: *b* Altitudinē ejus gloriæ (in quam XII. Kal. Martii anni hominis Reparati quingentesimi quadragesimi secundi, anno natus septuagesimo secundo, Iudicis fuit immissus decreto) pronus semper adoro; ejusque meritis, ac precibus devotissime me committo; Cujus ab adversis cunctis confido Apoc. 7. 9.

L Pa-

a *Consul. Abb. D. Petr. Marc. Orass. Oline. in vit. B. Bern. Ptolo. lib. 2. cap. 5. post Tambur. de Iur. Abb.* b *Baron. ad ann. Christ. 529. num. 10. & ann. 541. num. 9. & seqq.*

patrocinio liberari : Annuente Domino nostro Iesu Christo, Benedictione cujus superna Benedictus Patriarcha Sanctificatus ; & superabundas imbres pro se promeruit gratiarum ; & gratiarum fluenta plurima promereri pro nobis non ignoramus, Ascitus modò cælitibus, cum quibus una voce conclamat: Sanctus, Sanctus, Sanctus : Qui est, & Qui erat, & Qui
Isai.63. Apoc.1.4. venturus est, vivorum judex, & mortuorum; Quique est super omnia Benedictus. Amen.





DE
S. ROMUALDO
Camaldulensium Patriarcha

DE TENEBRIS VOCAVIT ME IN ADMIRABILE LUMEN SUUM. 1. *Petri* 2. 9.



O Altitudo Divitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei! Quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus? quàm ineffabilia (N.N.) quam recondita, quàm arcana, quàm inextricabilia plane, incomprehensibilibusque fulta mysteriis consilia sunt Summi Patris omnipotentis? Quàm planè inter se dissimiles innumerabiles illæ semitæ cõprobantur, per quas in admirabile lumen suum magni consilii Angelus Filios Adæ miserrimos vocare omni ævo non dedignatur, atque in ejusdem Adæ funiculis, in vinculis charitatis, vinculis peccatorum disruptis, misericorditer ad se trahere, ut fiat unum ovile, etiam de dispersis, & unus Pastor! Inextricabilia planè, mentibusque creatis obscuritatis adeò velo contecta, quæ judiciorum nomine consignantur: Iudicia Dei abyssus multa: ut nec Aquilæ quidem sublimiores, nè dum cæcutientes Pulluli, perspicaci suæ mentis Acie assequi valeant aliquando. a Exterritus propterea phænix ingeniorum Augustinus: Quare illum trahat, (hæc habet in monitis) & illum non trahat; cur deseratur ille vocetur iste; unus cur assumatur, despiciatur alter; hic eligatur, ille derelinquatur omnino, quem planè trahat, quemve non trahat; noli vel-

Rom. 11. 33. | 16. 5. | Ose. 11. 4. | Isa. 10.16. | 35.7.

L 2 le

a *August. tract. 26. in Ioan.*

Isai.40.13. le judicare, si non vis errare. Quis enim cognovit sensum Domini aliquandò, aut quis Consiliarius ejus fuit; ut arcana ejus hæc nosse glorietur secretiora? Num Iumentorum
Rom. 11. 34. indigebit judicio Divinæ Triadis consistorium? insipientium confirmatione necesse erit, ut Supremi Tribunalis Divini ritè dicatur lata sententia? Duo erunt in Agro; duo
Matth 24. 40. in molendino; unus assumetur, & unus relinquetur. Computruerunt Iumenta in stercore suo: falluntur homines in judiciis suis: tantummodo nec fallit, nec fallitur Deus: Iudicia
Iœl 1 17. Ps 35. 7. 18.10. Domini vera, summè justificata in semetipsa. Hominum ergò non indigebunt discussione; Iumentorum approbationem non expectabunt, ut publicentur, riteque emanata dicantur.

Quod Primū Ens, Mens increata Deus. Qui appendit tribus
Isai.to 12. Iob.26 32. Gen.2.7. digitis molem terræ; & libravit in pondere mentes, & colles in statera: Qui in manibus abscondit lucem, & præcipit ei ut rursus adveniat: Qui hominem formavit de limo terræ; ut formati vilitas à nobilitate plurimū discerneretur Formantis:
Ps. 48. 13. Quod summus inquam Artifex Deus in individuo illo Trinitatis Senatu ab æterno sapientialiter stabilivit; num à Iumen-
Ps.115.11. tis insipientibus corrigetur? nùm Vecordes homines perscrutari valebunt; ut pervestigato judicio, Iudicātis sint Assessores?

Ego dixi in excessu meo, omnis homo stultus item, ut mē-
Job 26.17. dax, Sapientiæ Summæ exæquatus, ac Veritati. Optimè Iobus: Quis poterit scrutari vias ejus; aut ei dicere, (assumpto uno,
Deut. 32. 18. altero derelicto) operatus es iniquitatem? Gens planè absque consilio est, & sine prudentia, quales quales ipsi sint, vel in suis, vel in aliorum oculis sapientes, insipientes plurimùm, excordesque homines illi, qui ausu penitus temerario, Iudi-
Ps.18.10. cia Domini vera, summèque, ut prædiximus, justificata in semet ipsa, vel scrutari, vel trutina, utcùmque pensitare contendunt; si fortè excussa palea, detegatur medulla, quà abyssus ipse Iudiciorum comprehendatur: ignorantes insani; ve-
Eccl.3. 23. cordes non advertentes; non percipientes insciti, haud esse nobis expediens; sed nec utile quidem, sivè necessarium quo-
Prov.25. 27. quo modo, quę tecta sunt oculis nostris videre; nè in iisdem curiosiùs perscruādis castigemur, opprimamur, confodiamur omninò. Sicut enim ei, qui mel multum comedit, ait Sapiens,
Pro.25. 27 non est ei bonum; sic qui Scrutator est Majestatis, opprimetur

à glo-

à gloria. Cave igitur fili, voce Sapientissima admonemur, cave, ne disputes, cur ille sic relinquitur, a iste vero ad tantam gratiam assumitur: cur tantùm affligitur ille; iste tam eximiè exaltatur. Ista enim humanam omnem facultatem excedunt; nec ad investigandum Divinum judicium ulla ratio prævalet, vel disputatio. Hæc discipulus Sapientiæ; nos verò totum ibimus collimatum in Romualdo, ubi gratiam qua indigemus ad tanta, digni fuerimus obtinere. Tu ergo nobis obtine Mater: nobis interim te venerantibus, ac promentibus. Ave.

De tenebris vocavit me in admirabile lumen suum, loco præallegato.

Dixerim, & vecors ipse; deerant nec nè tot inter innumeros Vomentis Patriarchæ, illustres Filios (habentes Prov.30.1. pro Abrahamo, pro Benedicto usurpabimus ritè) qui summa freti prudentia, ingenti sapientia decorati, eximiis scientiarum calculis illustrati, innumeris fulti virtutibus, omnigenaque Sapientiæ, & Scientiæ, itemque, & Sanctitatis flosculorũ Rom.11. circunamicti varietate; splendori pristino collapsum penè Pa- 35. rentis maximi redderent institutum? Oh utinam! non com- Ps. 44. 15. monerer oraculo; præcepto non obstringerer antedicto: Altiora te nè quæsieris; & fortiora te ne scrutatus fueris: Altius Eccl.3.22. enim me licet esset hoc theorema; altitudinem nubium utcũ- Isai.14.14. que conscendere pertentarem; fortiora infirmissimus ipse perscrutaturus omninò. Quis enim mecum ad hoc investigabile Sacramentum non obstuperet? Cucullatus tantummodo triennalis, rudior, penè dixerim, ac imperitior Philosophis per circuitum cunctis; cunctis posthabitis tot Athletis, unus ad opus hoc verè grande deligitur Romualdus! Proh Stupor! Proh admirabile sanè Portentum! Alter Baptista; Homo alter Ioa.1 6. missus à Deo; Angelus alter non manducans, nec bibens; lu- Matth.11. cerna ardens, lucensque altera, modò prodiens ex Eremo, Cla- 18. ras Ægypti nitrias, verba loquens *b* Baroniana, atque Thebai- Ioa.5.35. das Anachoretis fertiles (habemus planè novum itèm Antonium, cujus memoriam sæcula omnia venerantur, dum forma factus est omnibus ejusmodi vitæ institutum arripientibus) transtulit in Italiam; ubi collapsam jammodo Eremiticam disciplinam, & restituit planè, & mirificè propagavit; adeoquè

a *Kemp. de imit. Christ. lib. 3. c. 58. n. 1.* b *Bar. ad ann. Chr. 974. to. 10.*

què extitit in Prole fœcundus, ut Occidentalem Ecclesiam Sanctis undèquaque repleirit Anachoretis: Qui quidem Coruscantibus suorum virtutum fulgoribus, ne dum Solis occasum, sed orbem penitus totum mirificè illustrarunt. Num ergo non admirabilis verè, prorsusque ineffabilis Divinæ Sapientiæ dispositio? Admirabilis planè Divinæ Bonitatis Thesaurus: ineffabile quidem Divini Consistorii Sacramentum. Qui enim devius in sæculo diutius peragrarat: Qui brevi cucullam in Classensi prope Ravennam Cœnobio, signis coactus induerat: Qui Puer mox ablactatus à lacte, avulsus ab uberibus, ab uberibus
Isai. 28. 9. inquam sæculi deliciarum, omnium planè oculis despicabilis videbatur; perlucidis tot Stellis aliis sub modio derelictis; su-
Isai. 40. 9. per Montem excelsum, per omnipotentis extentas manus mirifice collocatur. Incomprehensibile porrò Judiciorum Divinorum Arcanum; cui nàm revelabitur, ut comprehendatur? Scientiæ, ac Sapientiæ, Summi Patris investigabilis via: quis te percurret Creatus? Nemo prorsùs, nisi velit errare; nisi velit in commissum incidere, nisi tanto lumine confossus, obcæcatus velit perire.

Non est meum igitur dare vobis; sed nec vestrum utcumq; pervestigare; cur hunc ad sublimitatem tantam, ad fastigium evexerit tale. Cur tantos se forsitàn meliores posthabuerit, qui solus dominatur in omnes, solus principatur in orbe, Orbis
Ps. 83. 10. Conditor Maximus, solus prospicit cuncta Prospector Deus; dum meritorum, non ambigimus, optimum ipsum esse Remuneratorem. Optimè tamen cuncta disposuisse credamus, opor-
Job. 36. 22. tet; Qui nullum penitus (Iobo teste) sibi similẽ habet in Legislatoribus; nullum, in judiciis justè ferendis, habere sibi valet æqualem. Reservetur itaquè horum reseratio Arcanorum Clavi potentissimæ ejus; qui aperit, ubi nemo claudit; claudit,
Apoc. 3. 7. dum nemo aperit: Ipse interim detegenda, scituque possibilia, ut vires infirmæ suppetunt, revelaturus. Quod ut exequar accuratiùs; Eja nunc, vobis dicam Cordatis, Divina Scriptorum monumenta singula simul unà revoluamus, pariter & humana; Annales utcunque ab orbe condito historiographorũ Codices percontemur; Sacras orbis historias, ac prophanas ubilibet exaratas, percurrendo lustremus; *a* mentis acie mun-
di

a *Aynold. Merm. Astol. in Theatr. Convers. Gentium.*

di penè jam ſeneſcentis (dixerim cani item, & hernioſi, ſi verba loquerer Mermannii) antecacta tempora tranſcurramus; priſca ſæcula, ſæculorum conſepulta memoriis, ad memoriã, ut poſſumus, revocemus; venturos dies diei ad excidium uſque totius, totis viribus, & conatu, in Canonicis inſtrumentorum ſpeculis ſpleculemur, explenda poſthàc omnia, interioribus fidei aciebus, in videntium expendamus apicibus, utriuſque ſignaturæ; Quot quot ſunt Patres conſulamus, ut lubet: (Quis poteſt apices tantos oculus mortalis excurrere; quis tanta valet inſignia perluſtrare?) nullibi porrò Præcones, Indicia, Signa, ingentia quæque proſpera ipſa ſint, vel adverſa non præiviſſe coniiciemus. Summa ſeptem dierum Serenitas, Aquas quibus viventium omnis caro de terra deleta eſt, anteceſſit diluvii: Adhùc, & poſt dies ſeptem (teſtem habemus Moſen) Gen. 7. 4.
ego pluam ſuper terram, quadraginta diebus, & quadraginta nobictus, & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ. Linguarum diviſiones, dum labii Terra erat Gen. 11. 1.
unius, vocum anteivit confuſio: Itaque venite, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unuſquiſque vocem proximi ſui. Idcircò vocatum eſt nomen ejus Ba- 9.
bel; quia ibi confuſum eſt labium univerſæ Terræ. Jacobi ſup- 27. 36.
plantatoris evectionem, Cælum tangentis Scalæ viſio anteceſ- 28. 12.
ſit: viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper Terram, & cacumen illius tangens Cælum. Principatum Joſephi, admirabile ſomnium illud præivit manipulorum: Putabam vos ligare manipulos in Agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & 37. 7.
ſtare; veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum. Iſraelis, à tyrannica, qua diù premebatur, ſervitute Ægyptiorum, liberationem omnimodam, mirabilis illa, ingenſque præceſſit viſio, qua Rubus ardens non comburebatur: videbat quod Rubus arderet, & non combureretur. Dixit Exod. 3. 2.
ergo Moyſes, vadam, & videbo viſionem hanc magnam. Sub- 3.
ſequuturam Hebræorum fœlicitatem, qua omnibus Populis apparuere glorioſiores in Terra; Terram, lacte manantem, Deut. 26.
& melle, quam non coluerunt Patres eorum, ſed gratis acceptam, poſſidentes; Quadraginta annorum exceptum è Cælo manna eſt antegreſſum: Angelorum eſca nutriviſti Popu- Sap. 16. 20.
lum tuum; & paratum Panem de Cælo præſtitiſti illis, ſine labo-

bore, omne delectamentum in se habentem, omnisque saporis suavitatem. Romani Principatum Imperii in Orbem penitus universum, quamplura, in ipsis jactis à Romulo fundamentis, signa mirabilia prænunciarunt apertè: ex quibus, unum illud, brevitati utcumque studens, memorasse sat erit, quod historiographorum oculos nullorū *a. b.* effugit: Duodecim vultores se Romulo in captandis auguriis ostendisse; duplo plus nempe, quàm Fratri Rhemo: qui porrò, certamine mox casu inito inter Pastores, cùm ictus cecidisset in Turba, (mirum augurium; sed infaustum omen!) Victori Fratri totum cessit Imperium; quo solus ipse potitus, suo conditam Urbem, sanguine vindicatam occisi, nomine appellavit. Hæc inter alios, habet Livius, Romanaum rerum oculatissimus Commentator: cui quidem, nè gravior ad portandum nos opprimat moles, pro reliquis

Isai. 30. 27. quis consultò remittimus studiosos: scituri tamen quales ipsi sint cùriosi; singularum Vastissimi Jmperii hujus ætatum, Incrementa, Decrementa, Evectiones, Suppressiones, tum exceptas tum datas magni momenti, cædes: cæteraq; propè modum innumera mirabilia magna valdè, per annos sui Principatus floridi millenos & ultrà; indicia semper, ac signa, ac si futurorū Præcones, antecessisse. Solem præcessit Lucerna; (mysticè lo-

Gen. 1. 2. 3. quor: non tamen ambigens, & Solem ipsum materialem, Lu-

14. 16. cem itèm præcessisse Formalem: Tenebræ erant super faciem abyssi: Dixitque Deus: fiat lux; & facta est lux. Dixit autem Deus: fiant luminaria in firmamento Cæli, & dividant diem,

Matth. 11. ac noctem. Fecitque duo Luminaria magna. &c.) Verbo vox

10. anteivit; Præco Judicem; Cælorum Regem Angelus antecessit:

Malac. 3. 1. hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum,

Joa. 5. 35. qui præparabit viam ante te. Ipse autem Joannes erat Lucerna ardens, & lucens. Quid ultrà? Exequemur cætera, que desiderantur, ac desunt? Hui vastitas planè interminabilis! Quis ad tanta perstabit? Quis tædio non afficietur omnino! Colligantur in unum omnia; unico cætera congerantur complexu; complectantur immensa; interim consenescat & mundus: à primo equidē ejus mane, ad ultimum diei totius quadrantē, in-

a *Tit Liv. hist. ab Vrb. cond. lib. 5. initio.* b *Consulantur idem Livius, Item Historici cateri apud Tarc. ab orbe condito lib. 1. p. 2. cum seqq.*

ingentia quæque semper habuisse, itèm & habitura Præcones, qui abscondita revelarent maturè, non ambigamus: ubi & tantis item, ipso jam in extremis laboraturo, antèquam tamen funditus subvertatur, flosque ejus arescat, commovebimur signis; tantisque undique perculsi terroribus feriemur; ut Sublunarium eversionis omnimodæ instans jàm accurrisse non dubitetur: Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis, (memoratu rigidissima quidem) & in terris pressura gentium. Surget gens contra gentem, & Regnum adversus Regnum, & terræ motus magni erunt per loca; & pestilentiæ, & fames; terroresque de Cælo, & signa magna erunt: Sol convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. Quis excidium non advertet, ad tanta? Quid enim terrores, quos videbimus, (sequar Gregorium) nisi sequentis iræ Præcones dixerimus? oportet quidem primum hæc fieri; ut perituri mundi præcurrentia mala denuntient; ultimaque tribulatio, ut multis tribulationibus præveniatur, neceße est; ut per crebra mala, quæ præveniunt, mala, quæ subsequuntur, perpetua indicentur.

Luc. 21. 25. 10. 11.

Joel. 2. 31.

Si ergò ingentia quæque, ut præmisimus, quæ subsequi decretum est in Concilio, Signis, Indiciis, ac Præconibus prænunciari consentaneum est omninò; ut si mala, eò minus feriant, quò præscita; si bona duplicatò lætificent; qualisve ipsa sint ponderis advertatur: ut quid miramur, Romualdi, de quo modò, signis, atque portentis fuisse cælitus præmonstratam conversionem? Oportebat sanè maturis commostrari Præconibus; Quæ orbi Bona erat ingentia allatura. At sileat linguæ fragilitas, ubi Eventus ipse, elegantius, ut fieri potest, effatur. Firmetur thema, stylo tamen venustiori.

Itaquè cum in peccato Carnis proclivis utcunque existeret adolescens; (Qui quidem Romualdus ex nomine Romanorum ex perillustri Senatorum descendens sanguine) adminiculis impellentibus non exiguis, nobilitate videlicet, Divitiis, ac sequela, corporis sanitati conjunctis (heu, quot enervarunt Spinæ, Robur, ac Sanguis; Claritas, Saturitas, ac Fortunæ, quot profligarunt Athlantes!) nec animæ propterea lasciviens consuleret Sanitati, qui corporis in deliciis plurimis fuerat enutritus: Accidit memorandum; ut fortis ipse Præ-

Ezech. 16. 49.

Ibid.

M lia-

a *Gregor. hom. 1. & 35. in Ev.*

Isai 42 13. liator proruerer, ac Rebellis. Inimicitias nescio quales contraxerat Pater Sergius jampridem cum malè quodam affecto homine; Qui dùm sanguinariam, miser, illius manum haud effugere potuisset; periissetque ictu ferientis confossus: tanti reatus pœnam Romualdus filius, per exactorum manus, cum homicida Parente, (exemptus tametsi lege: Filius non portabit iniquitatem Patris:) diluere pertimescens; (totum Numi-
Ezech. 18. 20. ni referatur, quod casu, vel timore expenditur accidisse) ad Classense Beati Apollinaris, sub Benedicto institutore, Cænobium se se recipere, homicidarum more, curavit; in luctibus, & ejulatu, per dies saltem quadraginta, permansurus eòdem; misericordiam forsan, vel pro se, vel pro Patre aliqualem imprecaturus. Bone Deus! Quid est, quod expendimus, quod audimus? Qui suis tot admissis satisfacere hactenus non curarat; curat impensè aliena facinora, aquis pœnitentiæ salutaribus, februare? Noverat liquidò legem sancientem: Quemque
Rom. 14. 10. 12. per se rationem Judici redditurum: noverat, pro suis tantùm Hominem reum extiturum ante tribunal: noverat, nullum pro alienis puniendum omnino. Quis, ergò, ad aliena luenda, ad-
1.Petr.2.9. potenter ità, pensatis, extimularet? Qui de tenebris porrò, Homines, modis propè modum innumeris, in admirabile lumen suum incessanter vocare non dedignatur Omnipotens: Qui
1.Tim.2.4. quidem vult omnes omninò homines salvos fieri, & in agni-
Isa.53. tionem veritatis venire; utque efficaciter (Rè, & effectu, non
Job. 2. 19. 16. voluntate tantū, a licèt voluntas sola sufficisset Omnipotentis) salvos faceret, semet ipsum tradidit crucifigendum. Tractus itàque misericorditèr nimis in Adæ funiculis, in vincu-
Ose.11.4. lis charitatis: non propriis suffragantibus meritis, Qui merita non habebat nisi pœnalia; tractus inquam in domum refugii, in locum expiationis ac veniæ, lasciviens flosculus Romual-
Ps.30.3. dus; experge factus jammodò à læthali somno, quo fuerat multis dierum curriculis miserabili veterno sepultus; moxque in se reversus, ait: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum
Act.12.11. suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis rudentis inimicorum: vocavitque me in admirabile
1.Petr.2.9. lumen suum; ut ostenderet in me divitias misericordiæ suæ. b
Esth.1.4. Psal. 40. 5. Hei mihi! miserere, Domine, miserere mei; sana Animam meam quia

a *Consule D.Thom. de necess. Incarnationis Christi.* b *Coloss.1.27.*

quia peccavi tibi: tactusque ex hac sui ipsius cognitione, dolore cordis intrinsecus: pœnitet, non sine ingenti cordis amaritudine, non sine lachrymis, ac ejulatu valido, pœnitet, ait, me post sæculi hactenus vanitatem, post carnis petulantis illecebras, post mundi, allicientis pariter, ac decipientis, fallacias, post præfocantes divitiarum spinas, post Diabolum ad ima, protrahentem, spretis legibus, cucurrisse. En sisto humilis gradum; en gressū figo contritus; en pœnitens retraho pedem: sicque contritus plurimùm corde, & humiliatus, ad te, Pater misericordiarum, veniens, à Quo in admirabile lumen tuum misericorditer vocor; misericordiam me non ambigo obtenturum. Cor ergò contritum, cor ipsum meum humiliatum, nè despicias, qui cuncta benigne respicis, ut vivifices: despici tametsi jurè merear, ac puniri. Hic Ure, hic Seca; ut in æternùm parcas. Ure, nè uras; ne seces, seca; parce quem psalmasti, ne tantus labor tuus sit cassus. Misericordiissimum porrò te comprædicant, ac Piissimum Universi: non abetrant quidem à veritate; dùm misericordiosissimè semper agis etiā citrà condigū piissimè puniendo Damnatos. Damnandum ergò, ex merito, Piissime ac Misericordiosissime Deus, nè damnes, ex pietate; quin meorum potiùs benignè miseratus errorum; imò & facinorum admissorum oblitus; pœnitendi da tempus; pœnitentiam ipsam, nè quæso deneges, peragendam, exoro: ut aqua salutaris pœnitentiæ lotus: cum iis, qui tibi placuerunt, ad tua Sancta dignè posthac merear properare. Hæc, antè januam Patris familias humili devotione prostatus, non corde, corporeque superbè erectus, ut antè, effatus est, ut arbitror Romualdus; ubi Cælestis luminis lucem excepit in corde: non tamen firma funditus ex tunc intentione mundum calcandi, deserendi Parentes, mundanas curas omnes, carnisque radicitus desideria extirpandi; ut Pauperem indè Christum Pauper ipse sectaretur in Claustris: Sed stabili quodammodo tantum proposito, mandata Evangelici instituti impedientia quæque non admittendi: vitamque ipsam Optimi Christiani, in sæculo degens, à carne tamen abstractus, & sanguine, excolendi: commonitus forsan, nisi & conterritus itèm oraculo:

Gen. 6. 6. 27. 38.

Ps. 50. 19.

Prov. 26. 11.

M 2 si-

a *Aug. Conf. 10. Hymn. Eccl. Dies irae* b *Leo. PP. ser. 2. de Nativ.* c *Aug. ser. 15. de verb. Domini.*

Pro.26.11. sicut canis reversus ad vomitum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Altissimus autem, Pientissimusque Pater familias: Qui non ad vulgarem quidem Sæcularium Christianorum perfectionem, sed ad longè sublimiorem vitæ statum, ut aliis forma fieret summæ perfectionis jam dudum Divinitus designarat; conversum quendam Cænobii ejusdem virum timentem Deum, ac justum, præpropere excitavit; præcepitque, ut habita mature cum illo de permansuris Cælestibus, de terrenis fragilibus, & caducis, deque monastici status securitate, optimo statu, ac disciplina, sæcularisquæ vitæ periculo, bre-
2.Par 6.30 vi, sed nervosa collatione; totum indè futurum Providentiæ
Luc 16.15. committeret Gubernantis, qui dum solus novit, quid sit in
Matth.3.9. homine; potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ. Paruit bonus conversus jussionibus festinatò; iteransque efficaciori semper pulsatione sermonem vitæ, victor evasit; expe-
Matth.7.8. riens exęquata per Evangelium: Pulsanti aperietur. Licèt enim initiò animum ejus durum, ad Sanctæ Conversationis statum nullatenus posset inflectere, humiliareque nullo modò valeret; factus tamèn ad iterata prædicatoris verba, sensim mollior, ac flexibilior dictis; (Quibus, ut converteret pœnitentē, duritiemque flecteret audientis, data firmitèr sponsione, Deo id operante, ac permittente, visionem Beatissimi Apollinaris in specie despondit, ac manifestam) Fidem Exigenti spopondit, se ad propria nō remeaturum ulteriùs, ubi Apollinaris Beatissimi Martyris; carneis obtutibus, visione gratificatus. Quod quidem idem fuit, ac Professionem posthàc despondere Monachalem Prædicatori Converso, Cælestia quæque ingentia promittenti. Qui dum hilarescit omnimodò ad promissum; ratam habens Domini voluntatem; orationem præcepit nocturnam; ut inter noctis vigilias, orationis vi impetrare mererentur, quod in cassum expeterent, non orantes. Vigilant, orant ambo, humiliantur, pulsant, deprecantur, insistunt: deprecata posthæc accipere promerentur, ac obtinere. Et ecce circa noctis Gallicinium(a Damianus est, qui testatur) Beatus Apollinaris, his duobus manifeste videntibus, exiit de sub Altari ab Orientali parte, tantusque confestim splendor totam replevit Ecclesiam, ac si Sol fulgoris sui radios intra ipsos

a *Dam. in vit. Sancti Romual. cap. 2.*

ipsos parietes cohiberet: moxque incenso per circuitum dato; undè exierat rediens; splendor ille coruscus utcunque cessavit. Stupet Romualdus: lætitia perfunditur superingenti Cōversus; Factusque subindè Exactor optimus, sponsionem exigere repromissam instabat. At Romualdus, non abnuens quidem violenter, sed deprecatione usus pro vi; iteratò, dulcedine nimia superfusus ex visione, urget gratificari. Spondet iterum Fidelis ille: orant ambo pariter iteratò; eademque penitus hora, sua haud frustari expectatione merentur. Habentes itaque N.N. per spectaculum hocce magnum, Romualdum conversum, atque confusum omninò: habemus planè, undè & nos plurimùm confundamur; dùm volens Piissimus, ac Misericors Deus, juvenem devium conducere ad ovile, miraculis usus est, non fulminibus; gratias iteravit, non minas; visionibus attraxit Miserans, non terroribus. Joa. 10. 16. Jere. 31. 3.

Iterata igitur visione, superaffluenti Divini Amoris igne succensus: Dei voluntatem Bonam, beneplacentem, atque perfectam liquido prænoscens ex signis; lachrymarum rivulis funditus relaxatis habenis; in faciem suam humiliatus corruens, atque confusus: Ecquis sum Ego, Domine (post silentium singultibus interruptum) Ecquis sum, Domine, ait, ut à te merear ità gratificari? Quæ egi hactenus, nisi mala, quæ, nisi flagitia perpetravi? Tu autem Bonus, & Misericors, ac præstabilis super malitia; malitiam servuli non advertens; misericordiam tuam magnam super eum effundere non es dedignatus, dum fulminibus confossum perdere, justitia tenereris omninò. Ecce ergò Domine, ecce quem elegisti & assumpsisti, votum tibi devovens, abiectus habitare despondit ad mortem usque in atriis domus tuæ magis, quam sub auratis tectis, in tabernaculis peccatorum: laudum tibi, jugisque orationis incensum, & holocausta, incessanter oblaturus eodem. En quem de tenebris vocasti in admirabile lumen tuum; lumen pronus exoptat, ut quæ tibi placita sunt videre, quæque sibi lumine revelato manifestantur, methodo summè perfectiori valeat adimplere. Non panem filiorum expectat, Qui nec servus adnominari meretur; sed perexiguas tantùm micas, quæ Canibus ipsis utcumquè solitæ sunt impertiri: malens hic fame extenuari, ac deperire, quàm illic, præcipuis saturatus ferculis, pinguis flo- Rom. 12. 2. Matth. 26. 39. Joel. 2. 13. Ps. 50. 1. 64. 5. 83. 11. 12. 1. Petr. 2. 9. Matth. 15. 27. Ibidem. Luc. 15. 17.

rere. Quid dicam miser, ac miserabilis, dum dulcedine tuæ Charitatis, ac Bonitatis immensæ, vehementer imbutus; a cùm
Psal. 35. 9. non essem, fecisti me; & cum errarem longè à te, reduxisti me,
Psal. 17. 1. ut servirem tibi; dulcedineque voluptatis tuæ potasti me; præ-
2. Reg. 6. 22. cipiens, ut diligerem te? Diligam te, Domine, in toto corde meo, totisq; viribus meis, quoadusq, vixero, serviam tibi; eroq; humilis in oculis meis; ut inter eos, qui tibi die, noctuq; serviunt, inveniar justificatus. Hac igitur protestatione munitus, Sanctæ Conversationis habitum in eodem Classensi Monasterio, (Ravennatis optimo Præsule Honesto, Monachis aliqualiter abnuētibus, metu Patris; præcipiente) & petivit Romualdus, & induit festinato: eòque admirandis progessibus Sanctitatis brevi pervenit: orationi, contemplationi, lectioni, subjectioni, summæ carnis macerationi, monasticisque disciplinis cæteris impensiùs præ cunctis instando: ut provectos status ejusdem Philosophos, Philosophus ipse neophitus, gratia flante spiritus anteiret. Quis ergò potentiam non miretur Extenti Brachii? Admirabilis planè Divini Luminis virtus! Dùm obumbratus penè, circumfususque ea noster Athleta, milites veteranos ipsos, Tyro tantummodo triennalis, superaffluentia virtutum vinceret, ac superaret: ubiquè nec obtutus Ii intenderant aliquandò; pedem hic Victor figeret, & statueret Signum. Conversabatur enim inter Monachos omnes demissior, humilis noster Monachus Romualdus; omnibus speculum veræ factus humilitatis, qui aliud planè sapere nesciebat, quàm se se contrahere; dum omnigena tamen præcederet omnes virtute. Instabat totis viribus, & conatu, propriæ sensuum abnegationi; nè per elationē forsan, congregata perderet aliquandò. Intimæ cum Deo unioni, per jugem orationis actum, se se funditus mancipatum, gloriabatur intrinsece; meditansque in lege Domini die, noctuque; Orationis, medi-
Ps. 70. 24. tationis, contemplationisque experiebatur virtutem; quà tota spiritualis fabricæ moles perstabat sēper immota. Regulas, ordinisque statuta, ac si ordinis ipse Fundator esset, ac Pater, adamussim adeo custodire curabat; adeòque districtus, eximiusque harum Custos evasit, ut lex ipse videretur cæteris, ac Statutū. Undè & Inobservantium mores sola præsentia corri-

a. *Habes apud August. 4. Confess. 9.*

rigebat, Qui & præsentes pariter, & absentes, suarum virtutũ confortabat odore. Perurgebatur propterea Perfectissimus Regulæ Custos stimulis acutissimis, nonnullos ejusdem conversationis per lata gradientes expendens, remissiùsque vivere, quàm decebat: nec valens, Monachus triennalis, apertiùs redarguere, sola observantia, ac præsentia; aliqualitèr tametsi non desisteret verbis salutaribus commonere, nè arreptũ proterrerent institutum: Monita coniiciens posthaberi; quin imò sibi potiùs, ea de causa, decipulas tendi, construi laqueos, foveas parari, neces impiissimas minitari; timens eorum potissimùm Animæ, quàm sui corporis casum: districtiorem perfectionis semitam, (tempori cedens, sibi consulens, indisciplinatis providens) ab eis procùl sibi proposuit excurrendam: nè & sibi in judicium verteretur correptionis districtioris ipse defectus; & correptis, ad augumentum quòquo cederet modò pœnalitatis.

Igitur expetita sui Præsulis Benedictione, obtentaque venia difficultèr, Qui Bonis acceptissimus erat omninò: Virum venerabilem quendã Marinum nomine (nomen cujus, Virtutẽ, ac vitã omnes venerabãtur ubique) vitã Eremiticam in Venetiarũ partibus perdistrictè excolentem, concedere nisus est festinato; fidens, ejus ducatu, expetitæ diù perfectionis Philosophicæ acumen ipsum attingeret Eremita. Offendit Deo semitas dirigente, quem quæritabat, statumque, quem inquirebat, strictioris apud eum perfectionis inveniens; discipulum se tradidit Eremiculæ idiotę. Et oh! quantas sustinuit ejus hujus conversationis initio infensissimas ab inimicis molestias: quantas pertulit à rugientibus tentamenta! Per omnia planè tentatus, omnia vicit, omnium victor evasit. Aliquandiù districtissimè cæsus; interdiù per libidinis incentiva vexatus graviter, & infestatus; non rarò horribilibus visionibus territus, diu noctuque trucibus martyriis castigatus; sepè numero plagis affectus pariter, & attritus, ità ut semivivus quandoq; Luc. 10. 30.
relinqueretur in terra: nusquam penitus profligari novit Bellator: quin imò fortior factus contra inimicos, rigidior, ac severior contrà se ipsum; tantis ultrò quotidianis carnem suam exagitabat tormentis, pœnitentiis conterebat; ut & terror ipsis infestantibus evaderet inimicis, & hominibus itèm, & Angelis

gelis esset stupori. Angelis stupor homo? stupor profectò, hominem intuentibus, ipsissimam eorũ vitam, in carne positum æmulari. Discurramus per singula, nè mendo forsitan evincamur. Angeli unam habentes cum Domino, cui serviunt, voluntatem; prompti semper, promptique parentes Divinis ejus jussionibus vindicantur. Romualdus Domino paritèr, & Marino Divinitus sibi Prælato, promptam adeò semper parentiam exhibebat; ut propria funditus libertate, voluntate, libero item arbitrio arbitraretur exutus. Cælites Castitati operam jugi ævo navantes: non nubent, neque nubentur; intactique semper, ac Puri, summæ properant Puritati viciniores. Romualdus, per centenariam præscriptionem, exercitæ post Monachismum Angelicæ continentiæ, deperditæ jam Reparator evadens, Angelus impollutus, nè dum Virgo semper intactus, fieri meritus est; ita ut sequeretur & ipse cum Virginibus Agnum Immaculatum quocunque jerit. Cibo invisibili, oratione videlicet superni spiritus, vice panis, utentes; epulari dicuntur quotidiè splendide, etiam jejunantes. Romualdus Anachorera splendidè & ipse in mensa Domini epulans jugi die Angelicam (gratia non natura) naturam sortitus; oratione quotidiana, omni jejunus ævo, pro pane ipso nutritur; nobis pusillis insinuans: posse hominem veraciter non in solo vivere pane, sed in omni item verbo, quod procedit ex ore Dei: Ergò nè non manducans, Alter Baptista novus, nec bibens, vitæ cursum Romualdus exegit? Si mendax Veritas per Ioannem, (quod absit) & mendacium invenietur in ore meo pro Romualdo. Venit Joannes non manducans, nec bibens: ait summa veritas Christus: & tamen Evangelistis testibus: locustas, & mel sylvestre edebat. Si ergo sine ullo veritatis præjudicio; potuit Joannes jejunus dici, ederet licèt ad corporis sustentationem paucula quædam ciborum adminicula: ut quid mendosus ipse; jejunum omni ævo vindicans Romualdum; Qui sivè mediam panis buccellam conversationis initio; sive fabæ, olerumque pugillum, tribus super hebdomadam feriis, per tempus aliquod; sive anno integro, unicum elixi ciceris pugillum, sole jam occidente, sumens, sivè pondere posthàc jejunii duplicato, medietatem corpori jamdudum extenuato ejus-

Matth. 22. 30.
Apoc. 14. 4.
Tob. 12. 19.
Luc. 16. 19
Matth. 4. 4.
11. 18.
Marc. 1. 6.
Matth. 3. 5

a *Vide quæ sup. diximus in serm. de S. Ioan.*

ejusdem impertiens antedicti, & præterea nihil, vel nihil prorsus: non injuria jejunus omninò poterit vindicari? Dicatur ergo jejunus Angelus noster hic moriturus: Qui incredibili penè vivendi forma, formam verè jejunantis reliquit; quindecim ferè annis, vel eò amplius (teste Damiano *a*) semel in hebdomada remissiùs, quàm credi potest, victitans; reliquos dies jejunus omninò continua permansit asperitate. Comprædicetur item & Spiritus, non autem Caro; non homo, Angelus; comprehensor Beatissimus, non viator: dum Conregnantium Beatorum adinstar, Dei visione, ferculorum vice, semper tamen esuriens, in dulcedinis pinguedine satiatur. Cum enim edunt Isai.62.6.
(ait de SS. Spiritibus Augustinus *b*) esuriunt; sitiunt cū bibunt. Sed quid est edendo esurire, sitire bibendo? nunquam fastidire. Undè & Psalmista: Satiabor cum apparuerit gloria tua: 16.15.
quod & apertiùs Christus: Qui biberit ex hac Aqua, sitiet iterum. Joa.4.13.
Dum ergò sitit Romualdus orare; dum semper contemplari esurit, ac speculari; jejunus semper, in mensa Domini, fruitionis ac dulcedinis pinguedine satiatur.

Vigilias post hæc non memoro jugiter vigilantis: Virtutes Virtutum omnium Exemplaris nō exigo cæteras minutatim: miracula, ac mirabilia ineffabilia prorsus, cujus proprium fuit esse miraculum sæculorum, (brevitati utcumque studens, parcens labori, impossibilitateque detentus) exactiùs supputanda non duco: haud ambigens, vos non latere, Ex tantis ejus, per centum annorum cursum patratis mirabilibus; hærentes adhùc ipsos immundos spiritus, ne dum homines reliquisse, num Angelus verè, num verus ipse fuerit Homo; Qui hominis præ sola humanitate, nihil prorsus ostendit. Quid mirum ergò Quod Angelos, loco sui, discipulos in terris reliquerit Angelus: Quos, ex asperrima eorū semper in viridi observantia, admirari potiùs valeat mūdus, quā æmulari? Angelo præcedente Angeli subsequuntur æmulatores: Angelicis propterea imbuti legibus; moribus, ac præceptis instructi; Angeli, quotquot Anachoretarum censentur nomine evasere: habentes interim & nos, quem ad modulum imitari, ut hoc eodem disciplinarū nomine consignemur.

Dum centum itaque in carne positus Angelicos post Con-

N vet-

a *Dam.cap.8.vita Romualdi.* b *Aug.in Psal.83.*

verſionem annos glorioſiſſimè tranſegiſſet; in Angelum ex voluptuoſo jamdudum gratia commutatus; Angelicis extemplò promeruit Choris aſciſci, Carne feliciter ſpoliatus: ſpolia ex hoc mundo, ſub annũ ſalutis 1027. *a* Satur vere dierũ, anno major vigeſimo ſupra centeſimum; ſatur item victoriarum: victor in Alterum ſemper inimicorum aſportans: vivens ex tunc Immortalis in Cælo, ſemperque feſtivus; Qui ſemper
Joa. 5. 17. in actu, ſemper in motu, in opere ſemper immotus, Cælo defixus, adhærens Domino, ut Domino ſemper placeret, numeroſiſſimos dies ſuos in terris mortalis ipſe conduxit. Cujus nũc Patrocinio ab imminentibus malis, & à morte perpetua con-
Philip 2.7. fidimus liberari: Jeſu omnium Reparatore præſtante, Qui de
1. Tim. 1. Cælis ad Terram homo factus, & habitu inventus ut homo, ut
15. peccatores faceret ſalvos, peccator dignatus eſt apparere. Salutem propterea non deſperabimus Peccatores, ejus redempti Sanguine, Qui cum Patre & S. Spiritu unus eſt Deus, ſuper omnia regnans: Amen.



De

a Baron. annotat. ad Marty. 19. Iulii. & ann. Christi 1027. num. 14. tom 7.



DE
S. P. BRUNONE,
Cartusianorum Patriarcha.

OMNIA ARBITRATUS SUM UT STERCORA ; UT CHRISTUM LUCRIFACIAM. *Philipp.* 3. 8.



Itientibus vobis N.N. de Santissimo Patre Brunone (cujus virtutibus tota floret Ecclesia, cujus meritis gloriosis Fidelium Communitas tota roboratur, ac hilarescit ; precibus cujus tota Religio prestat immota) sitientibus inquam de Brunone gloriosissimo non elanguidas aliquot, ac cænosas turbidarum Aquarum venulas, sed uberrimos planè, turgidosque limpidissimarum torrentes ; ut animo, menteque in his immersi, lætitia, & exultatione impleamini : virga mi- Ps. 44. 16.
sellulo mihi opus esset illius, cujus laudibus plena est Terra, cujus Præconia celebrat Orbis, cujus merita nullus exæquat, Maximi vices gerētis Omnipotentiæ Mosis, Ducis celeberrimi 12.5.
Israelis: ut è Petra, quà mirabiliter occuluntur, Moses alter (magnus in cunctis, in omnibus admirabilis, Prædicabilis inter omnes, Plenipotentiarius super omnia : quod impossi- Num. 20.
bile factu) silicem item ipse percutiens, Salientes in Vitam 11.
æternam, nè largissimas utcumque, ad sitim estinguendam Joa. 4 14.
omninò, imperio efficerem effluendas. Sed hei mihi ! Quid agam miser? quid miserabilis exequar ? ut vexor infructuosè: nec Mosis habens virtutem ; nec virgam tractans illius, nec ejus unquàm potitus Imperio, expertus aliquandò potentiam; Ps. 77. 20.
quà percutiens saxum durissimum, continuò fluxerunt aquæ, 126.2.

& Torrentes inundaverunt? Ergò vanum est nobis id virtute propria pertentare; editissimisque cautibus hisce Soli Deo patentibus, supervacaneum penetrare; tametsi viribus utcum-
1. Cor. 2. 9. que possumus id exequi lance propria conaremur. Quod enim nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis usquã ascendit; impossibile prorsus est, nè dum per difficilè supramodum, nisi virtus adsit Superior, hominibus per homines aperiri. Desperabimus ergò de Providentia? Absit. Quinimò
Gal. 3. 21. credemus firmitèr, & fatebimur incunctanter, præsto indigētibus sēper adesse Auxiliũ de Sancto; nec quidquã penitus esse
Ps. 19. 3. Matth. 19 26. impossibile factu Cui omnia possibilia sũt omninò: Quive licet magnus in magnis, *a* admirabilia tamen gloriosiùs in minimis
Ps. 144. 3. operatur; ut magnitudinis ejus finis nõ valeat cõprehēdi. Qui etenim Populo Israel sitiēti, nè neci destinarentur, votis effer-ventibus utcumque frustratus; virgulæ ex nuce, seu Corylo
Luc. 1. 40. despicabili (Nisseno Judice, *b*) ubi tantum voluit, Qui potens est; nè dum largissimas è saxo Aquas scaturire; sed in Sanguinem Aquam redigere: dividere Maria, Ranorum edere fœtum, aliaque mirabilia perpetrare; potestatem voluntatis imperio est elargitus: quid est, quod glabro huic peniculo, virgæ, licèt potestate carenti, potestatem non credemus imperiturum eandem; ità ut valeam, novus Moses, penicillo utens pro
Ps. 102. 5. virgà, uberrimis Aquarum torrentibus, percusso silice, sitientem Cætum potare, ut voti sui compos efficiatur; sicque & repleatur in bonis desiderium animæ, & Parentis optimi mirabilia detegantur, referentur magnalia; Mundoque per tot patrata facinora, in posterum optimè consulatur? Ast ubi ad effluvium Aquæ, nisi tantummodò per Canales? Ubi gratiarum torrentes, nisi solummòdo per Mariam? Hæc Canalis. Collum ipsa: Charismatum omnium officina. Aderit profectò supplicum votis æterni Patris Filius; ubi Mater lectissima Uni-
Hebr. 4. 5. genito Clientum vota Numini dignabitur explanare. Sup-
Psal. 44 2. Esth. 8. 8. plices ergò adeamus cum fiducia Thronum ejus; si fortè se sistens precibus servulorum Regina: dicat opera nostra Regi; signetque ejus nomine Annulo Regio supplicata. Te igitur Corde humili salutantes veneramur: Ave (dicentes) Maria, Gratia plena.

Om-

a *Orat. de SS. Innoc.* b *Nyssen. testim. advers. Iudaeos.*

Omnia arbitratus sum ut stercora; ut Christum lucrifaciam. loco prææallegato.

Divitiis, honoribus, Infulis, Dignitatibus, Fortunis, Prosperitatibus, Favoribus, Clientelis, cæterisque sæculi hujus temporalibus Bonis omnibus ad effluvium abundare, & non demergi: novitas novitatum planè; miraculum miraculorum omnium Maximum, nè dum insipienti mihi, sed & Cordatis (Judice Lippomano *a*) ac Sapiētibus esse videtur omninò. Quid enim sunt Divitiæ, nisi spinæ? Quid honores, ac Dignitates, nisi ad exitiale præcipitum incentiva? Quid bonorum omniū affluentia, nisi torrens perstrepentium Aquarum inundans? Ergò nè non maximum miraculorum miraculum, inter Spinas non suffocari; in oram positum præcipitii non corruere; in Aquis inundantibus non submergi; inter perstrepentes fallacias non deiici? Deiicimur (verba mutuata Augustini *b*) deiicimur, sed non perimus; vox est fidelium, non in mari prosperitatum, sed in tormentorum agone positorum; quæ quidem tametsi illis sæviora, illæ tamen periculosiores istis utcumque. Viscosa quippè sunt Sæculi hujus nequam pessima Bona; viscosæ itèm Mundi Pompæ, ac Dignitates; manibusq; propterea contrectantium adhærentes omninò: Quis non miretur, manibus viscum diù tractantis non adhæsisse? Extollunt temporalia, Prosperitates demulcent, adeòque homines alliciunt; ut semel tantummodo delibatæ, ac si Veneficæ essent, excantent; ut perdant. Nobilitas indè, Panis saturitas, ac sequela Miseros Adæ filios, ad carnalia desideria explenda, eò usquè compellunt incautè; ut nec Æterni Judicii timor ullus; nec Judicis absoluta Potestas, nec pœnarum Atrocitas, vel terribilitas ulla; nec Dei pariter, hominumque sæveritas; nec inflictus delinquentium quivis, æternis ignibus vindicatus, aliqualis fiat apud eos momenti, nè contemptui habeantur omninò. En Sapientis authoritas: Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. En Sapientiæ, Summæque Veritatis elucidatio; nè non versemur in Claris: Et si Deum non timeo, nec hominem quidem revereor. Judex autem, malos ipsos, justitiâ, malè perdet. Quis ergò ad rei novitatem obstupeat novitatem; dum Rubus in medio ignis permanet in-

Marginal notes: Marc. 4. 19. Luc. 8. 14. — Galat. 1. 4. — Ezech. 16. 49. — Prov. 18. 3. Luc. 18. 4. Matth. 21. 41. Exod. 3. 2. Ps. 118. 61.

a *Lippom. in vit. S. Adeob. apud Sur.* b *August. Serm. 8. de temp.*

incombuſtus: Homo multiplici circumplexus funiculo liber evadit: Avis, *a* ubi illudenda erat à viſco, viſco illudit? Habemus porrò quem deprædicant Populi, quem Gentes demirantur Brunonem: Allectum quidem, ſed non pertractum; implexum, ſed non viſcatum; Aquis circumdatum, ſed non immerſum, ſuccenſum utcumque, ſed non combuſtum. Eamus
Exod. 3. 3. itàque, & nos cum Moſe, viſionem hanc magnam oculis propriis expenſuri: quarè inquam, Ardens Rubus, non comburatur?

Natus igitur ex nobiliſſimo, illuſtriſſimo, omnique parte Clariſſimo Ardefauſt ſtemmate, Inſigniſſimis ex utroque latere Parentibus, Anno Reparationis inſtante 1038. deperditorum Sæculi morum Reparator glorioſiſſimus Bruno; glorioſiſſimæ cùm ejus Stirpi, tùm & Celeberrimæ Coloniæ Agrippinæ, ubi Lucem primùm Lucis Fœtus aſpexit, imò & Germanico Cælo toti, majorem longe gloriam, ſplendenti plurimùm, radiantiquè vitæ ejus Sanctimonia, indidit, ac ſplendorem, ingentioremque claritatem attulit, ac decorem. Sortitus quippe peculiari gratia, Animam bonam, nuſquam peni-
Sap. 8. 19. tus, ſive Puer, Adoleſcens, Perfectus Vir, ſivè Senex (ſi tamen in pubertate, adoloſcentia, juventute quandoquè ſtetit, Qui judicio canus ſemper, Sapientia Vir, ſemper extitit perfectæ maturitatis, ab Alboribus ipſis exorientis ætatis) ſive illiciris, ſivè illecebroſis quibuſque, Quam Bonam, Puramque ſortitus fuerat, aliqualitèr coinquinare permiſit: Sed talem omnino,
Epph. 2. 3. qualem immaculatam acceperat, (ſalvis ſemper infectæ Protoplaſtorum traduci naturalibus juribus, dum omnes naſcimur Filii iræ, nullus non naſcitur in peccatis: & in peccatis
Pſal. 50. 6. concepit me mater mea:) ſtudio propè modum impenſiori, immaculatam itèm, incoinquinatam, ac Puram (Fidelis ipſe, ac Optimus Miniſtrator) reddere niſus eſt in Judicio. A primis proptereà pueritiæ Annis, annos conducens canos, non puerilibus cum cæteris coæquævis inſtitit ludis: non cum ludentibus ſe commiſcuit aliquando, non ludicris operam navavit, atque jocoſis: non in levibus, atque ſcurrilibus, juventæ propriis, tempus exegit; ſed morum gravitate vincens ætatem,

a *Brun. in ſerm. de Concept. B. M. V.* b *Naucler. & Sigibert. in Cronic. lib. 1. Vita.*

tem, Annis puer, Consilio gravis, in operando senex, in laborando juvenis, secum seper inhabitans, Passer solitarius in tecto, ad sublimia diu, noctuque jugiter meditanda, comite gratia, mirabiliter assuevit. Undè factum est brevi, ut puerulus (ablactatus, penè dixerim, à lacte) Altissima Cælitum Theorematis Philosophus evaderet consummatus: specimen ex tunc fundandæ exhibens religionis, Divinæque procreandæ sobolis, Architectum, ac Patrem, sese non obscuris præmonstrans lineamentis. Ps. 101. 8. Isai. 28. 9.

Exactis itaque Pubertatis annis; Lutetiam, litteris, artibusque liberalibus, imbuendus, ferax ingenio, memoria tenax, capacitate sublimis, subtilis perspicacia, præclarus indole, à Parentibus amandatur, ut Patrum splendescentem familiam, litterarum splendore redderet ipse micantiorem. At mirum quidem! Disciplinarum ejus primordia eò usquè sublimia evasere, ut nè dum condiscipulis æmulationem, Magistrisque dixeris mirationem attulisse superingentem, sed & Universitati litteratorum celeberimæ toti stuporem tantum, ut hærerent dubii, an acquisita, vel superinfusa potiùs scientia poti-retur, Qui condiscipulos pariter, & Magistros, Sapientialibus ex tunc initio ænigmatibus intricabat. Cæterùm non elanguidè, non cunctanter, ac pigrè, litterariis studiis incumbebat, sed suo, tantis viribus, & conatu, tanto studio, & labore muneri operam dabat, impiger semper, ac fervens: non quidem ut tumesceret Sapientia: (Sapientia inflat:) non item ut scientia cæteris posset præesse, vel Fortunas conquirere: (dat Galenus opes; dat Justinianus honores:) sed ut & mentem à fluxæ Carnis illecebris, & à sæculi pravis concupiscentiis, per jugem litterarum studium, animum abdicaret; & ad Cælestem itèm Philosophiam, qua Deo propiùs accedit homo, per hanc diutino acquisitam labore, indè faciliùs perveniret: tantò inquā labore litteris incumbebat; ut eximius brevi, ac celeberrimus philosophicæ facultatis inaugurari mereretur Magister. Undè ad altiora semper inhians, expetens semper sublimiora, Magisterio non contentus Philosophiæ, Speculationi se dedit Superiori, luminibus ductus Sacræ Theologiæ. Nec segniter quidèm in Oceanum se immersit (Cervus vere sitiens) viven- 1. Cor. 8. 1. Psal. 41. 1.

tium

a *Consule Sur. 6. Octobris in Act. S. Brun.*

tium harum Aquarum: sitis siquidem ad mensuram, tantas ex eis cupidus hausit, ac inflammatus; ut hidropicus Theologus evaderet festinatò.*a* Fama propterea tuba canente, Summus mox cœpit Ecclesiæ vindicari Didascalus; totiusque Scolasticæ, Divinæque litteraturæ Lumen undiquè diffamari, cunctos penitùs in orbe litterario sua vincens profunditate Doctores.

Sed oh stupor! Qui tantis Admirantis æquè, ac celebrantis sęculi, super nubium penè dixerim, altitudinem elevabatur honoribus; (honores enim, quos vivens adhuc expertus est
Isai. 14. 14.
Bruno; omnium sententia Magister maximus celebratus; nullum arbitror attigisse post Eum:) qui uberrimis tot divitiis affluebat; Qui pompali circumamictus toga, magisterium sustinebat; utriusque Cathedræ Primus honoratus Assessor: Qui Celeberrimus Sacræ Doctrinæ vindicabatur Interpres: Qui Canonicus Rhemensis Ecclesiæ perillustris honorabatur: Qui innumeros, sive pro Magisterio Discipulos, sive pro Dignitate Pedissequos, juges habebat Asseclas: Qui omni penitus desiderabili facultate pollebat: stemmate itèm, ut prædiximus, Nobilissimus, ac Clarissimus, Cunctis tamen demissior apparebat; cunctis in publicis congressibus litterariis Primas cede-
Luc. 14. 7. 10.
bat; novissimum locum tenens, Qui Principem sibi jure poterat vindicare, cunctis, ac si Magistris discipulus, deferebat; nunquàm omninò ex acceptis intumens; nusquam se inanitèr influens; nunquàm pro multiplici Sapientia, dignitate, nobilitate, se se efferens impudenter; quinimò ex honoribus factus contractior, ex acceptis factus humilior; eò inter homines versabatur demissiùs, quò privilegiis cumulatiùs decoratum à Deo, ab hominibus verò ingentioribus, præ cæteris, se suffarcinatum honoribus comprehendebat. Quis inficias ergò iverit, Prævenienti Gratiæ totum id imputandum? Quatuor ut fontes ex una parte manantes, (habemus Rhemensem Sancti Dionysii Ecclesiam Celebrantem *b*) Quos Paradysus habet mundi per Regna fluentes, exundant terras; sic is quos imbuit, ornat; Cudit, & illustrat, & adhùc regit, excolit, aptat. Sideris instar erat cunctis, quos ipse docebat: magnus & ubique prædicatus in omne. Licèt itaque tantis, ut expendimus

a *Apud Sur. 6. Octobris.* b *Consule Raynaud. in Brun,*

mus, incentivis perurgeretur, tantisque, propelleretur stimulis, ad mandatorum legem calcandam; sibique Mundo itèm, atq; diabolo, in id, quod propriũ humanitatis est, deserviendũ: viam tamen mandatorum currebat Gigas; carni non acquiescens, nec Sanguini; vocesque nõ exaudiens Exactorum, Exactor optimus mandatorum: Rubus veraciter inter flammas jugi permansit tempore incombustus. Veritus tamen in Cænum aliquando posse prolabi; humi homo miser adjacens: ac propterea posse cænositate coinquinari; vocem intrinsecus sibi loquentem exaudiens: Fuge in Montem, ibique salvum te fac, nè demergaris in valle: Grates cum Psalte immensas Deo referens, quod aures sibi perfecerit, ad salutis monita audiendum; haud penitus contradicens vocationi: Dominus Deus aperuit mihi aurem, Ego autem non contradico; retrorsum non abii: capta item occasione *a* ex inreparabili casu miserrimi Cujusdam Bonæ famæ Theologi, Lutetia paulò ante vita functi, æternaliterque Judice ęquitatem judicante, demortui, atque in inferno sepulti: (Justo Dei judicio accusatus sum; Judicatus sum; Condemnatus sum:) mortuorum ex hoc veraciter, ac morientium sæculum judicans sepulturam; desperans inreprehensibilem adeò, homo inter homines ducere vitam, ut justus posset coram Domino apperere; coram quo justitiæ hominum ipsæ sicut pannus sunt menstruatæ: mundum propterea, & quæ immunda sunt ejus, oblectamenta, divitias, perituros honores, Cathedras, infulas, nomen, sequelam, cæteraque, si quæ in malo sunt Bona, pro summo veroque Bono despicere prudens, sapiens conculcare, oculatusque plurimùm veluti stercora arbitrari; ut Christum, quæve Christi sunt Bona, (hoc enim totum quod est optimum) Crucem, ac pœnalitates in tempore, gloriam, ac consolationes in æternitate lucrifaceret: segregatus interim à peccatoribus; abscissus ab Amicis, à conjũctis sejũctus, subductus à periculis, eradicatus à sæculo, abdicatus à mũdo, elõgatus à terra; à Spinis pungẽtissimis, ab ignibus, ab aquis inundantibus, à pice, à viscositate, ac cænositate, ab illecebris mundi hujus cæteris vindicatus omninò: in præruptis Eremi latebris se se recipere, se ipsum abdere, mundo mori, Deo vivere, cum Cælitibus conversari,

Ps. 18. 6.
Gal. 1. 16.
Job. 3. 18.
Exod. 3. 2.
Gen. 19. 17
Psal. 39. 7.
Isa. 50. 5.
Luc. 16. 22
Job 25. 4.
Isa. 64. 6.
Philip. 3. 8.
Heb. 7. 26.
Rom. 6. 10

O in-

a *Habes fusius apud P. Lipeel. Cart. 6. Octobris aliosq; in Act. S. Brun.*

irrevocabili decreto firmavit. Et quidem, quæ major, quæ
1. Corin. 3. 19. commendabilior Sapientia; cum ſtabilibus mobilia commutare? Neſcio, an hæc Brunonis, mundum, mundique bona omnia peritura calcantis; an verò illa, quæ ſtultitia eſt apud Deum, Sapientia apud Carnales, incumulandis divitiis cautus; in mercandis honoribus oculatus; ſtudioſus utcumque in temporalibus acquirendis, ut commodiùs poſſit vivere peregrinus; dici valeat fructuoſior: in id enim, quod juſtum eſt, judicent cæteri: fœliciori non ambigens ipſe fœnere permutari, Spinis undique, tribuliſque refertam Terram, cum Terra deliciarum omnium, Terra ſemper viventium Incolarum, Terra Summæ Beatitudinis, Cælo. Sapientiſſimus ideo negotiator
Matth. 13. 45. 46. Evangelicus Bruno, ut abſconditam in Agro pretioſiſſimam hanc Margaritam haberet, dedit omnia ſua, & comparavit eam, Agro empto: hac Sola, non addubitans, poſſeſſione ditari, depauperatus licèt bonis cæteris omnibus vitæ hujus; opulentiorem æſtimans quæſtum, cum deſpectu, caducorumque neglectu, hanc unam poſſidere, ſine qua cætera bona ad nihilum valent ultra, niſi ad incrementum doloris; quàm cum bonorum omnium lucro hac ſola depauperari. Prædicabilis planè Philoſophia: ſapientia oppidò commendabilis! Pauper fieri, ut fiat dives; manto diſſito, ac viliſſimo depauperari, ut ſtola veſtiatur immortalitatis; Amorem contemnere Heræ, ut
Gen. 39. 8. Apoc. 19. 16. Dominantium Domino copuletur. Methro totum perſtrinxit Collegium S. Mariæ Rhemenſis Metropolis, ubi ait. *a*

Ut ſervire Ioſeph Dominæ contempſit Amori:
Et fugit amplexus inceſtos, mente virili:
Sic contempta jacet tibi, Bruno, gloria mundi:
Amplecti dum te cuperet, tibi brachia tendens.
Multas mundus opes, multos obtendit honores.
Tuq; fuga lapſus, Pompali veſte rejecta;
Amplectens Eremum, veſtiris ſorte Beata.

Et quidem, quis addubitat; veſtem ſortiri Beatam, Beataq; ſorte veſtiri, Quem inferiora non detinent, fluxa non coinquinant, caduca non premunt, tranſitoria non alliciunt, cænoſa non deturpant, gravia non deprimunt, non opprimunt oneroſa? Judicet quiſque: Vitæ interim venerabilis Bruno, nolens

a *Apud Sur. 6. Octobris in Calce Act. S. Brun. & Rayn. Trin. Patr. in Brun. punt. 2.*

lens in tam gravi negotio, à quo tota pendet Æternitas, remoram trahere; Ascitis sex ex peculiaribus suis discipulis, quorum nomina jamdiu scripta erant in libro vitæ; Quosque noverat ipse Pientissimus Architectus ex nomine: Lauduino Videlicet, Duobus Stephanis, S. Ruffi Canonicis, Hugone Sacerdote venerabili, Andrea, & Guarino Laicis: Qui quidem omnes terrifico secùm una condemnati Doctoris Parisiensis Spectaculo interfuerant: maturoque habito cum illis consilio de metuendo, districtissimoque Justi Judicis judicio; de fluxæ Carnis, labentisque Mundi periculis; deque ob id secessu in solitudinem, nè perirent in mundo: annuentibus omnibus; Grationo politanæ Ecclesiæ, Virtute, ac Sanctitate Celeberrimum, Hugonem nomine, unanimes concedere Præsulem decrevere, ab eo per semitas Justitiæ dirigi inhiantes, atque in optimo Vitæ concepto proposito, manu porrecta, datisque suppetiis, obfirmari. Hæc in Consilio justorum, & Congregatione. Nec sine Numine quidem: nā & Viro huic Sanctissimo tanti Operis Architectus Omnipotens per visum præludia, claris coloribus, prævenerat præmonstrare: nè à cæteris magni momenti suis operibus (quæ, ut expendimus in Romualdo, signis semper solent præfigurari) opus hoc vere grāde vel minimum diffidere probaretur. Viderat enim manifeste per Visum Hugo Sacerdos Dei Altissimi, [a] Altissimum ipsum rerū omnium Architectum propensiùs in opere positum, ac labore, ut sibi, super inaccessi Cartusiani Montis Cacumen domum peramplificam compararet; Cujus fovebant ambitum Stellæ, septem solitis Cælestibus lucidiores, quarum una splendidior apparebat. Admirabimur nec nè miraculi novitatem? Stella quidem differt à Stella in claritate; dum Bruno à Cæteris discrepat in virtute. Stellæ à terra longè procul expenduntur abesse; ubi Brunonis, ac Sociorum ab imis procul utcumque aberat animus; Cælum versus subvecti, nè fædarentur in terris. Stellæ Terram gratis suis aspectibus, nè fructibus temporibus opportunis defraudent, præceptò fovent Dominatoris: itemque cum Sodalibus Bruno, dum Stellarum ipsissimas gerunt vices, Quam suarum orationum imbre erant irrigaturi, ut Domino fructificaret uberiùs; hanc eandem, cunctaque pari-

Luc. 10. 20.
Exod. 33. 12.
Ps. 110. 1.
Act. 10. 3.
Gen. 14. 16
1. Cor. 15. 41.

a *Consule Sutor. de vita Cartus. & Sur. 6. Octobris.*

ter inferiora, jam pridem fovere curaverant voluntate. Quid ultra? Stellæ non omnes fixæ; sed quæ cæteris micantiores, quæve item & grandiores, hæ perhibentur immotæ: num verò Bruno, num consodales, ac descendentes, cæteris sint Cætibus præstantiores, præclariores, lucidiores: perpetua eorum in Claustris stabilitas, immobilis firmissimusque Orationi, contemplationique Annisus, jugisque in Cælestibus Palatiis habitatio; satis potenter evincunt, patenter satis elucidarunt: id tamen volumus, nè aberremus, Ecclesiæ sano judicio remittatur.

Igitur Gratianopolitanus Antistes Hugo, Cælestis luminis illustratus oraculo, septem jammodo præsentiens audientiam experentes ad januam provolutos adstare, coram adduci jussit; causamque sciscitatus adventus, ea cognita, visionem, quà Divinitus fuerat nuper edoctus, dilucidè comprehendit. Perhorruit tamen, inditam Cælitus mente tyronibus recolens sedem, ferarum potiùs, quàm hominum sedem esse prænoscens: at fidens Deo, naturalibus nisus est eam Coloribus lineare; si fortè animum comprehenderet Audientium.a Vobis, Fratres, locus Divinitus assignatus est, Eremus quædam asperrima, in altissimis montibus, ubi Cartusiam vocant, extructa. Ampla quidem, sed prorsus inculta, à nullo hactenus habitata, solis pervia Feris, hominibus verò, cæterisque domestioribus Animantibus incognita pene, præ loci asperitate nimia, & inaccessa. Altas porrò, & tanquam hinc indè excisas rupes habet, & scopulos, itemque Sylvestras, & infrugiferas arbores; nivibus, per totius pene anni circulum, ad saturitatem planè referta. Bone Deus! Nisi hæc, Quæ erit Terra suos vorans habitatores? Mitiorem porrò dixerim, non injuria, Terram desertam illam, quam SS. P.P. antiqui apud ægyptum excoluere: dùm nec tantis imbonitatibus fulta, nec talibus circumvallata asperitatibus, nec multiplici tot Spinarum septa fruteto. Raynaudum contestor, b ubi ait: Incommodior planè locus ad habitandum, quavis Ægypti thesqua, vel aviis Palestinæ desertis. Vincit enim perpetuus hic acerrimi frigoris horror, æstuositates Ægypti quaslibet, ac Palestinæ; adeò ut vix credatur

Num. 13. 33.

a *Habes apud Ray. Trin. Patr. in Brn. p. 4. n. 4.* b *Id. P. Raynaud. in Brun. p. 4 n. 5.*

tur, ipsas Agrestes feras posse perhorrentes has cavernulas habitare. Hæc illæ. Ipse verò nullibi novi, ex multis, quas præsētia perlustravi; infructuosā adeò, sterilēq; Terrā, Oculū Cœlestē aspicere, ut nihil penitus possit in ea hominis artificio recolligi. Sed ubi itē æditissimę hæ saxorū, ac rupiū cavitates, quibus nè dū difficilis, valdèq; insolens, perhibetur accessus; sed & penè aditus impossibilis, rupibus sese eò erigentibus in sublime, ut summitates penè nubium attingere videantur; itaut introeuntibus, si qui possunt, & terrori sint, & horrori? Nullibi oppido. Et tamen (oh stupor!) Ac si non illis aspera, non penè importabilia, non humanitatem fragilissimam excedentia; sed facilia quæque, sed brevia, sed perexigua, joculosaque quædam parvulorum Senex Hugo prætexisset figmenta: non horret Athleta Bruno; (novus quidem Jacob, cui videbantur pauci dies durissimæ, qua premebatur, servitutis; præ amoris magnitudine) qui dum omnia portat; dum omnia suffert; dū omnia vincit: aspera cuncta, cunctaque difficilia (judice Augustino *a*) propè facilia, & prorsus nulla efficit Amor: non inquam horret Athleta Bruno; non perhorrescunt horrentem inaccessibilem locum Commilitones; non vitæ arctissimum pavent excipere institutum; non in eo se posse perseverare diffidunt, non dirissimum juge martyrium, omni penitus ante hac exequato martyrio sævius, ad vitæ ultimam usque periodum, ad exitium usque protrahere, præ amoris magnitudine, passionum veri jugulatores, exhorrent; sed Divinæ, qua nitebantur, fisi potentiæ; piissimaque, quam sperabant, misericordia freti; in eo se jugi ævo fore perseveraturos, patenti sunt adstipulati professione. Gen 29.20

Stylitas itaque Occidentales, novosque Orbis admirabiles columnarios, Brunonem Patriarcham, Sodales, ac descendentes, non injuria, cum Raynaudo doctissimo *b* compellarim: quatenus cum stylitis Orientalibus, communem omninò & insistentiam Columnariam, & vitæ rationem, & fragrantiam operum, & exercitiorum Soli Deo patentia Theoremata, & & oblongas martyrii perpessiones, & perpetuam Corporis solitudinem, & pœnale ab Urbibus exilium, & Animi abstractionem à fluxis, & innocentiam morum, & annisum per oratio-

---

a *August. Serm. 9. de verb. Domini tom. 10.* *b* *Rayn. pu. 2. n. 3. in Brn.*

tionem jugem in Deum, & admirabilem, cū Antiquis Columnariis Patribus Sanctitatem Cælitus fuisse sortitos, non ambigatur. Quodve potissimum est admiratu; eundem admirabile stylitarum institutum, tanta post sæculorum Curricula, florere hactenus in palmitibus, haud posse, absque veritatis detrimento, in dubium revocari, dilucidis rationibus vindicatur. Et vindicarem quidem optimis argumentis & ipse; nisi vulgato cōmonerer adagio: *a* Laus in ore proprio exordescit: laudet, ait propterea Sapiens, te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua. Extraneis ideò (qui nec pauci porrò sunt, nec ignobiles, vel ignoti; sed & nec minimùm hac in Provincia desudarunt) domesticis omninò posthabitis, Arctissimo Cartusianorum instituto vernantem adhùc insistentiam ipsissimam Colunnariam vendicandam relinquo; tametsi me non latet: nè domesticam profectò laudem (judice Nanzianzeno *b*) in hoc genere, minoris fieri debere; ubi Veritas, & Justitia, vindicias præsefetunt. Quod si verba aliqualia, Pusio ipse, in hoc verè amplissimo argumento, essem facturus; non dilatarem liquidò philecteria in immensum: sed nec proprias quidem in infinitum protenderem fimbrias, ubi pauculis possem rimulis signum attingere, orbem comprehendere totum: obsignatum à Bostio Carmelita *c* in hæc paucula verba, subscribens: Sacer ordo Cartusiensis, solus præ cæteris, Flos monastici germinis, decus, vitæque Spiritualis unicum ornamentum, & ordo non lapsus (si non lapsus; jus ergò retinet stylitarum) peculiari quodam jure, & quidem optimo, compellatur. Porrò quis Doctorum ambigit; quis addubitat ex Scriptoribus; Qui non noverunt Populi: cæteros Monasticos Cætus omnes, vel temporum injuria, vel incuria hominum, vel inimicorum circumcursantium opere, ab edaci sæculorum dente eò usque fuisse exesos pariter, & corrosos; ut non nisi squalidi, macentesque plurimum, pristini vernantes vultus eorum in præsentiarum comprehendantur; ita ut se ipsos ipsi penè non recognoscant: dùm vel ex toto, vel in partem, ab altitudine sedium illarum collapsi, excisique à montis vertice expendantur, quo firmissimis sanctionibus, à Patribus fuerant collocati? Trutina

Prov. 27. 2.

Matth. 23. 5.

a *Cic de offic. ref. Mess. in sylva.* b *Nanzi. orat pro Gorgon. Sorore.*
c *Bost. in præfat. de vir. Illustr. ord. Cartus.*

na pensitent docti, quod asserimus; Sapientes quod in id ju- Deut. 1. 16.
stum est, justè decernant: justè judicate, qui judicatis orbem: Leu. 19. 15.
Cordatus interim occinat, *a* dicens: Fertilis exuperat tantos Job. 6. 29.
Cartusiæ montes; & juga quæ summis sunt decantata Poetis: Psal. 52. 2.
submissas quantum Corylos præcelsa cupressus. Nam Cartusiacus Sacer hic non fluctuat ordo; sed manet immotus veluti marpesia Cautes, contra scylleas rabies, omnesque Procellas undivaci Maris, & vafros cacodæmonis æstus. Hæc ille: justitiam sanè judicans, & æquitatem.

Exactis igitur diebus aliquot apud Hugonem Bruno; columnam, sibi, suisque cælitus inditam, subire quantocyus concupiscens; montem versus, Sancto Præsule comite (qui & locum liberali donatione novis tyronibus tradidit, & jugem despondit protectionem, factus subindè quasi unus ex illis) festinos dirigit gradus Athleta novus; perpetua inibi stabilitate, in suis posteris permansurus. Et erit præparatus mons Do- Isai. 2. 2.
mus Domini in vertice Montium. Benè sit nobis: vaticinium Psal. 90. 5.
nos præcessit Evangelistæ Prophetæ; quid igitur ultrà timea- 67. 17.
mus, ignoro. Mons nobis in fortitudine comparatus est ab æterno: mons planè, inquo beneplacitum est Deo habitare cū nobis: Mons coagulatus, mõs pinguis; Cælicus videlicet mons
iste Cartusianus; Quem acquisivit nobis dextera Ejus, Cujus 77. 54.
est orbis, vastissimaque plenitudo terrarum; ut placidè cum Magdalena feriati quiescentes in sinu Patris; ex ore Sapien- 49. 12.
tiæ edocentis verbum Salutis excipiamus. Non enim commu- Luc. 10. 39.
nem nos voluit vitam ducere, Qui ante mundi constitutionem nos ad altissimum hocce vitæ statum elegit; ut essemus Eph. 1. 4.
Sancti, & immaculati, perfectique in conspectu ejus in charitate. Non mirum ideò, quin ab hominibus tantum sejunxerit; nam tantùm porrò nos abstrahi oportebat à Terra, quantùm Ezech. 3.
Speculatoribus arcanorum necesse erat. 17.

Igitur Reparati hominis octogesimo quarto supra millesimum anno adhùc instante, faustissimo sanè omine, Prima, ex Brunone Parente, Maximus Omnipotens Architectus Cartusianæ jecit Sacræ Religionis stabilia, firmissima, omninò incōcutibilia fundamenta. Fundamenta, quæ nusquam hactenus, Dei Gratia, aut quati, aut à multiplici tenebrarum potestate ever-

a *Petrarca declam. pro ord. Cart. ref. Rayn. in Bru. pu. 12. n. 6.*

everti potuerunt omninò. Fundamenta, quæ non injuriis Ævi, non hominum incuria, non edaci sæculorum dente, non circumcursantium inimicorum opera, Deo peculiariter Protegente, aut evelli minimùm, vel concuti, nè dum quaßari usq; adeò valuerunt, ità ut inconcussum, incorruptum, vernantem adhùc super ædificati ædificii Orbem portantes; Solus hic inter dejectos, corrosos, dilapsos ordines cæteros, quæat audi-
Ps. 101. 28. re: Tu autem idem ipse es; & anni tui (quantum per Dei Bonitatem sperare licet) non deficient; floridusque semper, ac vernans, omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi permanebis; dùm per virum planè Sapientissimum per Ar-
Matth. 28. 20. chitectum liquidò peritissimum, non super mobilẽ ædificatus arenam, super quam ædificans non habebit undè ex con-
7. 24. 27. structo ædificio gloriari; sed super firmissimam Petram, Chri-
1. Cor. 10. 4. stum videlicet, petra autem erat Christus: super quem quisquis
3 12. ædificaverit; quidquid sivè durum sit, sivè fragile; Aurum, Argentum, lapides pretiosos, fænum ipsum, ac stipulam parili perennitate signabit; semperque inconcussum, ac stabile, constructum optimè ædificium indè perstabit. Audiendus planè Bibaucius, a qui paucis licèt, nervosè totũ edisserit, ubi
De Ut. 32. 10. ait: Licet enim Cartusiana nostra Religio in loco horroris, & vastæ solitudinis sit fundata; nullis tamen ventorum turbinibus, nullis inundantium adversitatum fluctibus, nullis terrenarum imbribus voluptatum, nullis quantumvis potentium inimicorum potestatibus, à suarum virtutum stabilitate, firmitate, vigore, potuit hactenus immutari; quoniam super Christi inconcutibilem stabilitatem fundata, supraque vivam, ac solidam omninò Petram per Brunonem extructa. Hæc ille. Brunonis autem, sodaliumque contubernalium, intra petrarum hiatus habitantium, intra crepidines montium, intra rupium Cavitates obsignatorum, quæ fuerint exercitia, quæ studia, quæ Pietatis opera, quæve exercitamenta virtutum; linguæ tametsi non sit humanæ disserere; alibi forsan pauculas in id delibabimus micas: Sancti hujus Patris, e sua, qua insistebat, columnaria statione descensum, obedientia imperante, interim expensuri: quod quidem licèt exequutus sit corpore; mente tamen, Animo, voluntate, conversatione, ope-

ra-

a *Bibauc. Cart. ser. 2. de S. P. Brun.*

rationeque (Qui ſemper, & ubique Cæleſtia meditans, in Cæleſtibus habitabat) nunquã penitus, in cõfeſſo eſt, reliquiſſe. Philip. 3. 20.

Dum igitur dulciſſimis Bruno Rachelis placidè frueretur amplexibus; dum ſimul cum Magdalena, ad Jeſu pedes feriatus ſederet, verbum exaudiens, exhauriens aquas de fontibus Iſai. 12. 3. Salvatoris; dum, orationi plurimum, cum Cælitibus, meditationi, Deique laudibus, deficiens nũquam, perſtans perpetuò, inſiſteret perardenter; communem cum eis vitæ funditus rationem ſortitus, ac inſtitutum: Urbano nominis hujus II. quondam ejus diſcipulo, Eccleſiæ Clavum regente, non ſine ingenti cordis mœrore, grandique ſodalium ululatu; ſex penè Rachelis dilectiſſimæ annis exactis: vi ablactatus fuit à lacte, *a* avulſus violentia ab uberibus, interque perſtrepentes ſeculi tumultus, triſtis, in aulam evocatus, ac mœrens; duriſſimo indè negotiorum pane cibandus, qui lactabatur in ubere; à latere Iſai. 28. 9. Summi ejuſdem Pontificis, Terræ conſul (ut in ſimili, verbis utar Gregorii) *b* conſtitutus. Magnus planè honor! Cui autem Mundus crucifixus erat, diriſſimus ſanè, ac importabilis cruciatus; crudeliori quo vis martyrio ſævior; omniq; gladio ancipiti penetrabilior. Quid autẽ patientiſſimus Jobus noſter? Nõ Gala. 8. 14. oppidò turbatus eſt: quin immò gratanter adeò, virga oſculata Percutiẽtis, percusſionem admiſit; ut verus dici patientiæ Prothotypus mereretur. Qué enim non valuerant per ſex annos, Heb. 4. 12. tot, in loco perhorrẽti, perpeſſa genera tormẽtorũ; infenſiſſimę humanitatem excedentes aſperitates tantæ; importabiles temporum tot injuriæ, tot aeris rigidiſſimæ imbonitates, nivium indicibiles tot Algores, tot carnis inimitabiles macerationes, tot vivendi inuſitatæ adhuc, innotæque vexationes, tot ſævientium uſquequaque inimicorum aculei, innumerabiliumque tot cruciatuum ſtimuli; Quem inquam, vi adhibita, ab excisis illis montium, ac petrarum cavitatibus divellere nuſquam penitus potuerant; ſimplici avulſit nutu obedientia. Nec mirum liquidò: quippe qui verè myſticus erat Stylita occidentalis, Orientalium ſtylitarũ adinſtar, *c* nõ poterat, publica utilitate, vel obedientia expoſcente, ex columna, cui devinctiſſime

P alli-

---

a *Conſule Lippeol. Caſt. in vit. S. Brun 6. Octobris.* b *Greg. dial. lib. 2.*
c *Habes de Stylit. apud Theod. lib. 4. hiſt. Rajn. in act. b. S. Bru. & Sur. in iiſdem 6. Octobris.*

alligabatur, gravatè licèt, festinatò non desilire. Desiliit ergò festinus, vir loquens victorias, vir obediens Bruno, jussu Pontificio, parens mandatis: Romamque nudipes continuatè concessit, Qui Mundum totum, ut lucrifaceret Christum, calcaverat calceatus. Ast, morem quæso gloriæ demiremini! Fugientes insequitur inhianter: Ansantes sectatores gradu festino diffugit. Fugit quos honorum anhælantes expendit: honoribus ultrò honorum prosequitur derisores. Cumulatiùs dignitatibus onerat, Quos dignitatum comprehendit aspernatores: deridet, calcat, ac spernit, quos advertit ambitiosos. Hui tristitia ingens ambitionis! Qui enim habet, ait Dominus, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet
Matth 13. 12. auferetur ab eo. Umbræ propterea quisquis gloriam exæquavit, (quæ, dum sequentes fugit, prosequitur fugientes) haùd frustatus est veritatem. Quas etenim fugienti Brunoni non obtulit dignitates, opes non obtendit, honores? Quantus honos, in Rhemensem Archiepiscopum, ubi Canonicum egerat aliquandò, Orbem, Papæ Consiliarius adhùc, portans in humeris novus Athlas, communi deligi voto? Quas non opes Cathedra magistralis, mundusque obtulit despectori? Multas mundus opes, multos obtendit honores: cecinit ille. Quanta gloria; à Rheginensibus, obnixis precibus, in suum Archi præsulem; ubi squillacensem jammodo columnam, ad quietem reversus, insistens operi, lætus conscenderat; expetiri? Sed quę expetibilior item dignitas, Qui supereminentior gradus; Consiliarius Reipublicæ Christianæ totius, Terræque Consul acciri, Qui sibi, in specu latitans, consulere toto studebat conatu? *a* Nescio an majora cuipiam sint oblata. Quid autem ad hæc tanta, ultro delata decora, gloriæ perillustris Calcator
Psal. 34. 4. Phlip 3. 8. Bruno? Confundantur, ac revereantur Ambitiosi: omnia planè est arbitratus, ut stercora; tantummodò ut Bonorum Authorem omnium lucrifaceret Christum: multò permanens clarior, notior, gloriosior apud omnes, honoribus tantis, tantisque dignitatibus non admisissis; multòque fama virtutis ejus celebrior apud Posteros inclatescens, Infulis, Fascibus, Purpuris conculcatis; quàm si Rector Orbis supremus, nomen periculi (ut in simili effatus est Augustinus *b*) diutiùs protulisset.
Auli-

a *Fusè de his omnibus Raynaud. in Bru. pu* 3. b *August. Ser.* 39. & 40.

Aulicus itaque noster gloriosissimus Martyr, tandiù in Agonibus, aculeis undique adpotenter extimulatus, tristis permansit, ac mœrens; quandiù vi detenus fuit in Aula Primus à secretis Papæ minister; non secus ac si hæsisset in sentibus, vel acerbis fuisset expositus cruciatibus. Tunc autem lætitia prorsus inenarrabili perfusa est ejus Anima; cùm opportune, importunè diù exorata, obtenta tandem secessione, (idque contigit paulò antè quàm Placentia, ubi Concilium, consilio usus Brunonis, *a* Urbanus Pontifex celebrarat, indè transmigraret in Gallias) obtenta inquam, vi precum, secessione; derelictam, antehac columnam iterato repetiit hilaratus. Non tamen eandem omninò, quam ultra montes biennio antè, in lucto positus, reliquerat lugens; in id licèt semper contenderet perardenter; ut ex ejus ad fratres, illic degentes elucet Epistola: *b* veritus Magister prudentissimus, nè Cartusiam remeaturus, in foveas, quas, Deo favente, transilierat cautus, incautus incideret iteratò; nevè sequi Aulam videretur, quam fuga, precibus iteratis obtenta, paulò antè diffugerat; sed in asperrimas quasdam remotissimas sylvas oculatus secedens, columnam, primæ non absimilem, cui nomen Turris, in squillacensi positam diæcesi, lætus subiens, in ea ad mortem usque stabiliter habitare (hic habitabo, quoniam elegi eam) firma voluntate decrevit; sedens in alto, nè deperiret in imo. Turris planè arietibus munitissima: mille clypei pendent ex ea omnis Armatura fortium: tum ad hostes funditus disperdendos, (terrori enim sunt inimicis fortitudinis Arma) tùm ad tutandos speculatores milites; tùm ad velamentum pariter, & decorem habitatorum. Deduxiti me, quia factus es spes mea, (Psaltis testimonio edocemur) Turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernacula tua in secula: protegar in velamento alarum tuarum. Hæc David, dum turrim, turrim fortissimam nomē Domini, inhabitaret. Sed hæc itèm cum Psalte, Bruno, Turrim fortissimam inhabitans squillacensem.

1. Petr. 1. 8.
2. Tim. 4. 2

Ps. 131. 14.
Cant. 4. 4.
Jer. 46 5.
Psal. 92. 1.
Ps. 60. 4. 5.
Pro. 18. 10.

At non est, quid admiremini, obstupentes, Squillacensis Turris hujus pendentium Clypeorum virtutem: cum his stylicas omnes Columnarias Cartusianas sedes, ad effluviū usq; in comperto sit, abundare. Experientia enim tot edocemur

a Francisc. de Pute in Act. S. Bru. *b Epist. S. Brun. ad Fratr. Cartusia.*

annorum: nullibi Castra Cartusiana inimicos Aggredi potuisse, nè dum radicitus enervare; quin thelis propemodum innumeris ferirentur; nisi somno aliquandò sepultis Excubitoribus. Num ergò munitionibus propugnaculorum imputãdum ruina; ubi segnes, secordes, tepidi, ac somnolenti (penè dixerim vinolenti) comprehenduntur speculatores? Væ itaq;
Ephes. 6. nobis, iterùm atque iterùm dico, væ nobis; nisi diurnas pariter,
1E & nocturnas, contra nequitias Rugientium inimicorum ad-
1. Petr. 5. 8. escam, (circuit enim, quærens semper quem devoret, Leo rugiens, hostis antiquus) excubias, pervigili semper sedulitate, protrahimus. Væ nobis; nisi Clypeis, Thelis, Armisque bellicis cæteris, quibus abundamus affatim, contrà potestates tenebra-
Eph. 6. 12. rum, in Aggressorum dispersionem, nostramque utimur, ut decet, tuitionem; quoniam & victi prosternemur in pugna, & à morte non relaxabimur subjugati.

Isai. 26. 1. Faxit igitur Qui ex nihilo fecit omnia; ut quas nobis muris itèm, & antemuralibus, nec non & propugnaculis munitissimas tradidit Arces, cautè adeò (diu, noctuque pervigiles) custodiamus, ut thela nobis, tormẽtaque inimicorum obsidionalia, non noceant aliquandò: sicque incolumes tandèm è Castris conducamur ad Civitatem, quam semper læti conscripti Cives inhabitant, ac securi: Jesu Domino nostro præstante; Qui, dum omnibus illic Præsidet, omnes Beat; ac super omnia, cum Patre, e Santo Spiritu Trinus in personis, vnus Divinitate, Plenipotentiarius vivit, & regnat Deus: cui honor, & im-
Apoc. 7. 26 perium, Laus, & gloria: Amen.



ITEM



ITEM
IN EVNDEM

Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.
Psal. 54.



QUem vestrum latet adhùc N. N. Solitudinem, domum illam Sanctificationis esse, Quæ quos expoliendos excipit homines, Angelos non longo efficit intervallo? Hierusalem Domus Dei viventis, Hebr. 12. pace sit dictum; non est qui ambigat 22. unus, Paradysum deliciarum omnium solitudinem, quam sibi delegit Universorum Dominus, cum hominibus ad conversandum in terris, longè periberi potentiorem, semper viventium incolarum Domicilio; tametsi hoc paulò gloriosius, fruitione visionis in specie, non per speculum, & in ænygmate; bonorumque perennitate, 1. Cor. 13. 12. quæ eandem cum ipso Deo sortiuntur durationem, Justitia æquitatem judicante, compredicatur.

Quis enim inficiatur, Supernam Civitatem illam, quam Divina sua implet præsentia, quam illustrat, ac beat, Summus Pater omnipotens, nullum prorsus usquàm admittere Civem, nisi omni labe, quavis pollutione, omni carnis corruptione, omnique nævulo impuritatis expertem; adeò ut perexigua quidem coinquinatione sordidato, nisi perfectè restituatur in integrum, illuc funditus prohibeatur accessus, nè dum omnino denegetur ingressus? Dum itaquè in gaudium Domini Matth. 25. sui, inter Cælestes convivas, introduci mereatur, dumque inter 21. Angelos denunciatur ascitus homo; jam penitus non est homo, sed sicut unus ex Angelis (qui puritate, atquè munditie, 22 30.

lu-

lucis puritatem millies antecellunt) Angelica dudum veſtierit,neceſſe eſt,puritate. Non autem ſic Terreſtris Paradyſus hic,ſolitudo: Quæ cum penitus nullum deſpuat, quavis maculatum pollutione,nullumque,quavis cęnoſitate ſordidatum, poſthabeat;quinimmò nec Cacodęmones ipſos (vitio,ni natura) repellat; ſed ultronea omnes excipiat;quinimmò & intrare compellat malos, & bonos: Angelos brevi, vita, mo-
Luc.14.23 ribus, puritate, quos nè dum homines,ſed & jumenta condu-
Matth. 22. 10. xit,optimis documentis informat. Feliciores ideò, ni glorio-
Pſ 45.7. ſiores Cælitibus,Incolas,meritò dixerim, Deſertorum; quam-
Job.40.16. vis Terræ exulem hanc non ignorem, ex Patribus; Felicitatem videlicet, quæ non infernas has humentes habitat cavitates; ſed in ſupernis juſtitià ſedem fixit initio; ne vile ſtabulum plurimi fieret apud homines, quàm ipſa Cæleſtis manſio Beatorum. Verumtamen, cum non terra, ſed Cælum communi celebretur ſuffragio, quæ Cæleſtibus deliciis afflu-
Can.8.5. ens,non terrenos, ſed Cæleſtes habitatores numerat ſolitudo; addubitet nemo, Regnum, Aulam,Domicilium, hanc eſſe felicitatis; quæ tantùm abeſt, ut prædiximus, à terra procul, quantùm ſæva pænarum Mors ipſa longè diſtat à Vita?

Quis igitur Brunonem Sapientiſſimum præconiis non extollat:quis laudibus plurimis non exaltet;dùm non ſemel,ſed
Pſal.85.13 iteratò, ex inferno potentialiter erutus inferiori:e tenebroſis,
87.7. & ex umbra mortis gratia,vindicatus; ex humentibus Terræ hujus, vi avulſus,latibulis; non aliò, quàm in ſolitudine, deliciarum omnium Paradyſo, ſtabile fixit tentorium, perpetuumque domicilium ſtruxit;ut Orationibus,meditationibus contemplationibuſq; negotioſè ocioſus plurimùm vacans, *a* venulas ex ore Sapientiæ Divini ſuſurri, verbumque vitæ ex
Joa.6. 69. ore perciperet Veritatis; guſtans interim adhuc viat, quàm
Luc.10.39 Pſal 33. 9. ſuavis ſit Dominus diligentibus ſe, quamvè ineffabilitèr dul-
Sap.12.1. cis contemplantibus, & fruentibus ſe? *b*

Habent ſanè multi, quod multum in id impendant laboris: ſi verò paulò nos dilucidiùs, ùt in arrepto vitæ proficiamus propoſito, id idem noſtris obtutibus aliqualiter cupimus collimare, Divinâ gratiâ per Immaculatam nobis priùs concilicmus oportet, ut optimè, quod aggredimur, exequamur.

Ma-

a Ambroſ.lib.de vir. b *Thom.Kemp.de imit.Chriſti lib.3.c.10.*

Mariam igitur cùm primis acceptissimo venerantes oraculo, dicamus Ave.

Ecce Elongavi fugiens, & mansi in solitudine, loco prealle- Psal. 54. 8.
gato. Ps. 30. 19.

Muta fiunt, N. N. non Mendacium quidem hic labia dolosa, sed Sapientium ora semper veracia, quoties Cælestium vitam Eremitarum laudibus utcumque nituntur efferre, præconiisq; conantur plurimis exornare. Sed nec injuria quidē: nā Quis; hominū novit aliquandò, in Cælū os suum ponere, atq; arcana verba, quæ non licet homini loqui, verbis detegere; 72. 9.
rimulis propalare, coloribus pingere; & artubus non dissolvi, mente non obstupere, non obmutescere lingua? Quid aliud 2. Cor. 12. 4.
enim est, solitariorum effingere vitam; (Qui corpus licèt in terris habeant, ubi Cælestia jugi tempore meditantur, conversationem omnimodam ducunt in Cælis) insipienter nimis os ponere, deque ejus Arcanis secretioribus, nisi temerè, liquidò impudenter verba habere? Hui, quàm multi sunt, a qui in præconiis vitæ solitariæ operam navarunt impensè! Quàm sanè innumeri, qui in Eremiticis exercitiis, Cælestibusque cōtemplationibus efferendis plurimùm desudarunt in Ævo? Quàm copiosus Doctorum, scriptorumque Gloriosissimus Cætus, in desertorum Incolis extollendis, florem probè consumpserunt ingenii? Quàm disertè non pauci, nec staturæ planè mediocris, contra Monasticen vituperatores elaborarunt? Quàm abundè, quàm largè, quàm copiosis Doctrinæ imbribus, laudabilia Monachorum opera, doctissimis suis lucubrationibus, Patres quamplurimi vindicarunt? Calculi porrò, tot supputare desperant. Quis verò ex tot innumeris, qui cucurrerūt, bravium hactenus victor accepit? Nullus arbitror: cum eò plus 1. Cor. 9. 24.
iterùm sitiatur, quò plus bibitur ex hac Aqua: quove plus in hac Provincia laboris impenditur, ac sudoris; eò plùs de lau- Joa. 4. 13.
reola desperetur. Undè & jure optimo hic aptari potest illud Ecclesiastici ubi dicitur: Cùm consummaverit homo, tunc incipiet: Si quidem & ipsa studii consummatio, laboriosioris est Eccl. 18. 6.
novi cursus inceptio. Nec non nisi fundatè. Cùm enim solitaria vita ad plenam cum Deo assimilationem tendat, ex Theolo-

a *Hierony. Ambrof. Chryfoft. Auguft. Bafil. Nazianz. Ephrem Gregor. Dionyf. Cart. cater. de laud. vita folit. & erem.*

logorũ vertice Dionysio, *a* adeò ut Deificati dicantur aliquali
modo contemplativi: difficile satis est, nè, dixerim penitùs, im-
possibile, penicillo horum effingi vitam humano; quam nec
captus ipse hominis valet assequi aliquando. Quid enim à So-
litario exigit solitudo? Id idem planè, quod à Cælitibus subli-
mioris eorum vitæ exigit ratio. Orant quippè Angeli incessan-
ter in Cælis: orant & in cellulis perassiduè solitarii, Cælestia
jugi tempore speculantes. Speculantur Cælites operationes
occultas, loqueos in Cavea constitutos, invasiones ex insidiis
procedentes; ut thecnas, decipulasque comprehendant ini-
micorum: fraudulentos Cællitæ item speculatores, hostium ri-
sus, circuientiumque Dæmonum, meditando jugiter, machi-
nationes præcavent; ut, ferarum ad instar, & transiliant la-
queos, & vitent invasiones, & insidias vincant, & assultus eo-
rum graves, victores semper diffugiant. Meditantur Superni
Spiritus, Purissimi Primi omnium Entis Divinam illam Essen-
tiam, quæ omnibus Creaturis dat esse; omnique appetibili bo-
no interim contemplando, fruuntur: sicque fruitione medita-
tio dulcoratur; & meditatione fruitio penè in immẽsùm auge-
tur; Meditantur & Monachi Spiritales (qui quidem ex insti-
tuto in terris Cælites, sicuti & Angeli ex operatione in Cælis
Cellitæ) meditantur inquam Divini ejusdem Entis Puritatem
essentiæ, qua & reguntur, & perstant, & vivunt omnia: mox-
que gloria tantæ Divinitatis absorpti: absorpti enim quia
mundo mortui (aliorsum Jubaris Africani inflexos deflectam
Thr. 3. 28. radios *b*) mortui, quia Deo absorpti: levantes se supra se: mun-
dum, mundique immunda omnia, ac quicquid aliud est in imo
radicitus resecantes; SũmoBono, eò cũctorum obliti, adhęrent
arctiùs, ut Divino immensæ Charitatis ejus igne cõsumpti, fe-
lici quadã permutatione posthac appareãt quod nõ erant, in
2. Cor. 3. 18. ipsissimam Divinitatis imaginem transformati: Nos verò
Domini gloriam speculantes (totum edisserit paucis Aposto-
lus,) in eandem imaginem transformamur. Sed undè? Consu-
lendus est Psaltes: in meditatione mea exardescet ignis: ignis
Psal. 38. 4. videlicet Divini Amoris, à quo, dũ Divinam meditandò spe-
culabatur Essentiam, urebatur. Quid ultra? Prudens planè Cæli-

a *Dionys. Areopag. quem ref. & seq. Cart. de laud. vita solit. cap. 1. in opus.* b *August. in Psal. 63. initio.*

litum eorundem, & Cellitarum jejunia non amplifico; cautus haud posse in dubium revocari, horum Panem nonnisi perennem orationem esse, & contemplationem; quo quidem invisibili cibo satiantur æquè pariter, ac saginantur. Sed nec Tob. 12.9. promptam itèm utrorum promptam in exequendis mandatis parentiam multiplici exæquare tenemur oratione; ubi neminem scimus inficias ire: obedientes ex ipsa nominis derivatione utroslibet compellari. Summam posthæc eorum Animi puritatem, ut quid coloribus commostrare perurgor; ratum habens, quod inconfesso sit apud omnes, Immaculatos, incoinquinatos, innuptos (Deo tamen humanam in mortalibus Angelis infirmitatem peculialiter adjuvante) jugi sæculorum Ævo utroslibet permanere, ità ut veraciter possim effari: in Cellitarum Regno, sicuti & in Cælitum, non nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei? Quid ergò exequar? Bona Matth. 22, 30. nec ne ex ferventibus horum operibus Mundo, huic inferiori provenientia? Quis brevi palmo tanta dimetiri valebit? Quis sigillatim tanta referre poterit homo; brevique tàm immensa quiverit exęquare sermone? Ex Divo igitur Ephrem perfunctoriè modò nosse sufficiat; *a* & Cellitas in terris Cælites compellari, & Cælites justo titulo in Cælis nuncupari Cellitas: Vita Monachorum Angelis similis (expendite, quæ inter alia Sanctus hic Doctor habet, ad nostræ mentis propositum: Quem & *b* Bernardum adamussim fuisse sequutum, ex ejus ad Fratres de Monte Dei Cartusianos patet tractatu) Vita Monachorũ Angelis similis esse perhibetur; eorumque commendabile institutum non nisi Divino plenum est ministerio. Continet quippè vitam, quæ in præsenti Deo inservit, & antè hanc fœnori dat, ut pro usura vitam æternam accipiat. Fœlix itàque nimis, nimiumque gloriosus in Terris, qui Angelos æmulari norit in Carne positus, iisdemque penitùs, quibus ipsi instant in Cęlis, exercitiis instare novit in Valle. Fœlix planè, milliesq; Beatus, qui novit labentia quæq; calcare, terrena cuncta despicere, Mundi Diabolique promissa (hæc omnia tibi dabo, si Matth. 4.9. cadens adoraveris me) uti verè falsa contemnere, Divitias, Honores, nomen, & omen gloriæ, ac quidquid aliud sapit humanum,

a *S. Eph. in tract. de perfect. Mona. tom. 2. oper.* b *Bern. tra. de vita Solit. ad Cart. de Mont. Dei.*

num, pedibus terere, & conculcare; Carnis oblectantibus illecebris haud penitùs deservire: cunctisque funditùs posthabitis sublunaribus, totum se in optimo vitæ statu, cum Cælestibus illis mentibus novit placidè collocare, ac Domino Deo suo intra Claustri Ambitum tranquillè, quieteque vacare. Prudens planè viator ille,(bellè ad nostræ mentis propositum fatur Richelius) *a* qui pergens per iter obstaculis plenũ, periculisque omninò refertum,crudelissimis itèm,callidissimisque ac fortissimis hostibus circumdatum; eorum cautus, offendicula præcavere pertentans, circumspicit undique si aliorsum possit securiùs declinare, eòque secedere,quò non possit offendi. Hactenus Brunonis Illustrissimus Filius: Ipse verò Sanctissimus, ac Sapientissimus Parens, Sapientia fretus Divina totũ id optimè noscens; sævientium animadvertens inimicorum contextas miro modò,implicatasque Machinationes,thecnas, atque decipulas,ad offendiculum, ut plurimum verti Peregrinantium: veritus nè, & ipse aliquando periclitaretur in eis;
Phllip 2. 15. festinus de medio pravæ nationis exivit;Regnum mundi,omnemque penitus ejus contempsit ornatum: elongavitque cum
Esth 15. 4. Psalte fugiens, ac mansit in solitudine: (non enim abscessit à
Ps. 54. 8. solitudine,*b* quando discessit Primus Aulæ Romanæ Consiliarius, imperio Dominantis, accitus: sed eò mente adhæsit firmiùs solitudini, solitudine sibi, (ut verba loquar Iobi) in se-
101. 8. creto cordis ædificata:solitarius verè Passer biennio factus in
Job. 3. 14. tecto Pontificis deaurato; (quò & proposito quidèm,& actione, & Re, Solitariorum arctiùs tenaciùsque institit instituto) mansit, inquam, jammodo elongatus, cum Psalte, in Solitudine;illius imitator factus sublimior, atque perfectior, nihil, præter quàm naturæ quædam possidens adminicula: (ego au-
Ps. 39. 18. tem mendicus sum, & pauper; Dominus solicitus est mei) in
4 10. spe singulariter constitutus; gratiæ alimonia exindè hilaris
Tob. 12. 19. vescebatur; oratione, & fruitione Angelorum adinstar,ferculorum vice, ab Universorum Domino satiatus.

Horrebant planè homines, horrebant & Animantia muta difficillimum,ac supra quàm dici potest insolens iter (illic ta-
Ps. 49. 23. men iter, quò illi ostensum fuit salutare Dei) per quod inaccessum

a *Dionys. Cartu. de laud. vita solit. Art. 5. n. 1. 2.* b *Aug. in sim. serm. de verb. Dom. in Monte.*

ceſſus Brunonis mons Columnarius offendebatur: Solus ipſe admirabilis Bruno, nec perturbatus in algidis, nec in aſperis perhorreſcens, nec ex horrentibus metu conterritus aliquali; illic ſtabiliter pedem fixit Columnarius Athlas, ubi ab inimicorum inſidiis, ab offendiculis, à laqueis, à Dæmonum decipulis ſe in poſterum vindicandum omninò, non Ambigebat. Sed undè talis, (Bone Deus!) ac tanta in homine pugili fortitudo? Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Undè tanta infragili humanitate virtus, ac robur? Dixerant inſipientes: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt. At vafrè, inſipienter, mendosè. Dominus Petra mea (optimè David, & cum Davide Bruno) & Robur meum, & Salvator meus. Vndè in imbecilli hominis infirmitate Conſtantia talis? Qui ſanat omnes infirmitates noſtras, naturam, nè infirmetur omninò, (in Domino ſperans, non infirmabor) potentialiter immutavit. Ex quo enim mundum, Bellator fortis, extenti brachii virtute, devicit; atque mundana omnia Chriſti glorioſiſſimus miles, Calcavit: hominis concuſſa fragilitate, Angelicam continuò, Deo id operante, Fortitudinem, ac robur, immo & Juſtitiam eorundem induit, pro Thorace; pompaliq; jammodo veſte rejecta; in ſacco poſitus, & Cilicio, in pannoſitate, ac nuditate, deſertorum incola factus, induit Chriſtũ. Quà cũ fuerit immortalitatis ſtola infulatus; ſermo ille apud eum impletus eſt ſcripturalis: abſorpta eſt mors in victoria: Paulo expendente, ubi ait: cùm autem mortale hoc induerit immortalitem; (quæ autem immortalitas ſecurior ipſo Chriſto? Induimini Dominum Jeſum Chriſtum) tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: abſorpta eſt mors in victoria. Ubi eſt, mors, victoria tua? Ubi eſt, mors, ſtimulus tuus? Hæc Paulus; immortalitatis vim indicans, ac virtutem. Et quidem quo pacto tot Bruno ſuſtinere potuiſſet aſperitates; totque ſub oneribus vivida naturæ imbecillitas perſtitiſſet; niſi Angelico ſuffulta fuiſſet robore, Chriſti fortitudine roborata? Si enim Aviam è Cælo inditam Brunoni ſedem aſpexeris, non niſi horrorem incutit, & timorem. Ardui quippè, ſaxoſique Algidi montes, nivibus perpetuo nitore candentes, perhorrida Patris, ac Filiorum antriola circumcingunt; ſuiſque præruptis rupibus eò altiùs ambiunt; ut nec ver ibi videre viſum ſit ali-

Pſ. 117. 14.
Deut. 8. 17
2. Reg. 22, 2.
Pſ. 102. 3.
Pſ 25, 1.
Sap. 5. 19.
1. Cor. 15. 54.
Rom. 12. 14.
1. Cor. 15. 55.

Q 2 quan-

quando, nec vernans inibi usquam appareat æstas; nec ulla prorsus amenitas, serenitas nulla, nullum solamen, jucunditas ibi nulla vernātis refulgeat Ævi. Aptè ideo quidā cecinit:

Vix ibi ridenti vestitur gramine tellus:
Vix ibi cantat ales: vix sunt ibi lustra ferarum.

Non arbores ergo, non plantæ, nè dum flores adolescunt ibi, vel fructus: ubi virgulta tantùm Cardosa gelidi montis humor fovet adulta.

Si sufficientissimam indè eorum pauperiem perlustraveris; obstupere necessum erit, & admirari: Buccella enim mendicatò semper accepta, vilissima, ac super omne Religionis propositum (ut verbis utar Cluniacensis *a*) rudissima, abiectissima, ac ruvidissima vestis; quin immo, pro veste, ac indumento, Cilicium: horridæ, incultæque intra montis crepidinem, pro Cellis, Casę, ærumnarumque omnium affluens multitudo; admirabilem planè (*b* dixerim potiùs inimitabilem) redolét paupertatem, macerationem, abiectionem.

Sed quis itèm aliquali poterit exequi dictione, exæquare sermone, innumeras, quibus Christi Tyrones, Conversionis eorum initio, sunt quassati procellis, perpessi sunt tempestates? Eam totum id brevi ad martyrium vendicatum. Interim quis non exutum arbitretur humanitate, quem Angelorum
Luc. 18. 1. more, orationi diu, noctuque, meditationi, contemplationi,
Psalmodiæ, vigiliis, jejuniis, macerationibus plurimis, spiritualibusque carnem conficientibus cæteris, annisum semper
Tob. 12. 19. expenderit? Quis hominum novit unquam semper orare, & nō
deficere? Nisi Carnis sit expers; (Cælitum more, qui jugi, ut prædiximus, panis vice, oratione pascuntur) nullus, autumo. Quis enim mortalium expertus est aliquando Naturæ imbo-
2. Cor. 12. 2. nitatibus non succumbere; quin immo & in ipsis oblectari po-
tiùs, ac si in corpore, extrà Corpus degeret: nisi concusso ho-
Luc. 1. 58. & 15. 6. mine, vestierit Angelum? Congratulor ergò tibi, Pater Sanctissime Bruno, iterum, dico, congratulor: quoniam singulariter viator adhùc existens, Angelicam inrefragabilem induisti naturam. Sed heu! Quid memorandum duco? Confundor sanè, atqui cū Bibaucio *c* funditus erubesco, ad tanta, quibus

in

a *Petrus Cluniac. de Vita Cartus.* b *Habes apud Sator. de vita Cart. tract. 2. cap. 7. lib. 1.* c *Bibauc. Cartus. serm. 4 de S. Bru.*

in hac vastissima solitudine diù, es agitatus, incommoda. Heu! Psal. 62. 3.
Quas non es perpessus in hac Terra invia, & inaquosa: in hac 103.25.
amplissima, ac manibus plurimum Spatiosa Eremo, anxietates, tribulationes, Angustias? Quas non pertulisti in hac horrenti ferarum sede (si feras quandoque fovet, quæ feras fugat) necessitates, desolationes, dejectiones, Amaritudines? Post morborum (heù!) varietates; post ærumnarum luctamina; post Sævientium inimicorum assultus, quibus assiduè vallabaris; post innumera Dæmonum acerbissima ad malum incitamenta: quas non es expertus in hoc deserto asperitates? quæ genera tribulationum non exæquasti? quibus non es pressuris excruciatus, laniatus doloribus, martyriis usquequaque confectus?

Paupertatem, inediam, nuditatem, algores inexæquabiles, injurias tempotum, imbonitates alias propemodom innumeras, innumeraque corporis detrimenta, infracto planè animo tolerasti. At mirabimur obstupentes ad tanta? Erubescamus potiùs necesse est, quàm miremur: ubi Angelum comprehendimus passum esse, non hominem; hominis licet passibilem habuerit vestem, atque sensibilem Spiritus est, non caro; Angelus est, non homo; civis sanctorum, & domesticus Dei est, Eph. 2. 19.
non ærumnosus, ac miserabilis terræ viator; terram licèt incoluerit peregrinus, tetræ tribulis vehementissime divexatus. Angelum ergò (passibilem tamen, & patientem posthàc jure quidèm optimo compellabimus, quem in asperis exhilaratum utcumque, ignitum in algidis, in horrendis non exterritum, non perturbatum in adversis, sub inediis conficientibus impinguatum: sed nec in lubricis item carnis semitis corruisse, nec allicientibus mundi oblectamentis cessisse novimus, obstupentes. Invincibilis quippè in luctaminibus permanere sēper, ac inconcussus; pressusque plurimùm, ac maceratus vivificari; Superioris porrò naturæ est, quàm humanæ, Angelicæ videlicet; Cujus robur, ac fortitudo, nunquàm penitus novit quassari, nusquam deiici, nullis asperitatibus profligari. Si autem expensis adhùc (raptim licèt, ac pertransendam) sævissimum addas ultrò, ad mortem usque, perpessum à Brunone martyriū, dū in sua colūnaria jugi ævo perseveravit statione defixus: fragilitèm omninò Carnis mortalitate, vero, non-

ni-

nisi certè mecum judicio, comprædicabis exutum.

Aspero loco, asperior utcumque non nisi congruit vita: vitæ aspriori, asperrimi sane existimulantes respondere omninò debent Equulei; ut consummatè possit quis dici martyr, & martyrii gloriosam posthac laureolam obtinere. De loco Brunonis gemino (ut ipsi palmas legitimè vendicemus martyrii) sat est dixisse: *a* Terram esse, suos omninò vorantem habitatores; ita ut miraculum pene videatur, posse inibi Columnarios incolas, ultrà sexennium, vividos, ac vegetes perdurare: probentur licèt aptissimæ sedes ejusmodi ad tetricam vitam Eremiticam exigendam. Quod quidèm & plurimi sanè fuit apud Parentem Brunonem, qui nè à loci enervaretur amenitate; nevè id simile Filiis contingeret aliquandò; asperrimum ultra captum hominis, algidum, incultum, aspectu horrentem atque ab omnium oculis, nè dum hominum commercio separatum, ni primò primùm libera electione fundavit; siquidem à Numine inditum, è Cælo datum; sano quidem judicio (verè Sapiens Architectus) & voluntate disposita approbavit, & voluntaria posthàc electione, consequentibus actibus, primo non absimilem, jactis iteratò inconcutibilibus fundamentis, in Squillacensi horrenti plurimùm, asperrimoque nemore instauravit. En igitur, quanta columnarum asperitas: quæ nam parilitas vitæ. Martyres (Doctorum judicio *b*) Religiosaquævis efficit institutio; ità ut liceat, Religiosos omnes, vivos pro Deo Crucifixos martyres, cum Cassiano, adnominare, dum diuturnioribus macerationibus castigati, lacessiti, confecti, vitam morti non absimilem vivunt Aculeati. Quale itàque Brunoni martyrium vendicabimus; immo veriùs, Quem ex martyribus exæquabimus Ei, qui non vulgare quidèm Religiosorum Cæterorum arripuit institutum; sed quale asperrimam Columnariam Stationem decebat? Num non horrenti ejus cubili, vitam perfectè credimus respondisse? Qui acta perlustrarunt Brunonis, hos ipse contestor Judices, hos exquirendos adjuro; nè declamatoriè loqui videar pro Parente, ubi nuda veritas, verborum minimè opus habet splendore. Quis Brunonem non comprehendit, Carnem suam Castigatione perpetua, verèque crudeli, cum vitiis, & concupiscentiis (si quæ habuit) per-

Marginal notes: Num. 13. 33. — Jere. 30. 14 — Galat. 5. 24. — 2. 10.

a Consule Rayn. in Brn. b *Consule Cassian. Collat. 18. c. 7. ubi plura.*

perfectè adeò crucifixisse;ut verò judicio, & Alter Paulus dici posset;& ipse, justè cum Paulo dicere : Christo Confixus sum Cruci? Vindices habemus exteros : taceant nati, ubi, & ipsi itèm magnalia magna valdè, magnisque vocibus loquuntur Innoti. Quanta audivimus, quanta vidimus, & cognovimus ante Brunonem in cæteris exequuta,& consummata martyria, Luc. 4. 23. in Brunone(nullus ambigat, quod mundus litteratorum evincit) primordia extitisse deliciarum. Eæ quippè fuerunt(haberet, utinàm, Ignatianus hic Natus, *a* dùm brevia hæc profert verbula, Mundum totum expensorem,& auditorem!) Eæ, inquam,fuere, in editissimis illis montibus, quotidianæ Brunonis, sodaliumque cruces; à loci nempè asperitate, à penuria commodorum propè omnium,à jugi ferè inedia, ab Apoche æterna, à vestitus rigore, ab hispidissimi Cilicii usu perenni,à perpetuo in Deum per orationem,annisu, à Psalmodia, cæterisque summæ perfectionis exercitiis jugi ævo protractis: ut omnes vulgares Ræligiosę Vitæ cruces,(vulgares nominat Cętuum cæterorū afflictiones) à Sanctis hisce exceptas perpessiones non accedant. Altissimam eapropter Cartusianam professionem Doctor mellifluus,eosdem in Monte Dei positos informans, optimo jure adnominavit. Quippè quæ, ex propriis cruciatibus, ac pressuris, quibus ex instituto subiici necessum est;tum etiam ex perpetua Oratione,meditatione,contemplatione, Psalmodia, cui jure proprio tenentur instare Cartusiani; cæterorum longè dum supergreditur instituta; Altissima porrò,ex justitia,comprędicari debebat. Altissima, Fratres, professio vestra;*b*Cælos transit(auribus percipite,qui judicatis Orbem) Par Angelis est, Angelicæ similis Puritati: Non enim Psal. 48. 2. solùm novistis omnem Sanctitatem, sed omnis Sanctitatis perfectionem, omnisque consummationis finem. Non est vestrum circa communia Præcepta languere, neque id solum attendere, quid præcipiat Deus; sed & quid velit; probantes quæ sit voluntas Dei bona,beneplacens, ac perfecta. Aliorum porrò est Deo servire; vestrum adhærere; aliorum est Deum Rom. 12. 2 credere, scire, amare, revereri; vestrum autem est, Sapere, in- Psal. 72. 18. telligere,cognoscere,frui. Hæc inter alia ad commendationem

Car-

a *Raynaud. Trin. Patr. in Brun. pun. 4. num 3.* b *Berard. de vita contempl. ad Fratr. de Monte Dei Cart.*

Cartusianæ professionis habet Bernardus. Quo quidem datur intelligi, Sacram Cartusianam Religionem, ex proprio instituto à Sapientissimo Parente Præordinato, summam præcæteris continere perfectionem, conversationisque altitudinem; quæ non nisi ex vitæ provenit asperitate, qua vivi prò Dei Amore Martyres efficimur; tantò planè cæteris gloriosiores, quantò ſęverioribus, præcunctis, asperrimisque cruciatibus laniati. Dixerim propterea non gratis quidem, sed jure merito Summorum Pontificum, Ecclesiæque totius judicio, *a* Strictiorem Cartusianæ Religioni inter omnes Ordines observantiam vēdicari; ita ut ab omnibus prorsus Ordinibus, excepto nemine, ad Cartusianum pateat aditus; è Cartusiano verò ad alios præcludatur omninò: uti post Pontificias Sanctiones, luculentaque PP. atque D.D. testimonia, quorum conscriptor, ac prosequutor Azorius, *b* optimis edisserit rationibus, confirmatque Suarez. *c* Sed undè prædicabilis tàm districtio, dirissimus tātus rigor in membris, nisi ex Capite? Uudè Sublimiorem talem didicimus Philosophiam, nisi ex Philosophorum Fonte, Brunone? Dedecet quidem sub capite spinoso, *d* Ambrosio judice membra coalescere delicata: subque Duce martyre, milites mollem ducere vitam. Ut igitur nobis Bruno esset incitamentum Salutis; non alitèr docuit vivere, quàm studuit. Nisi enim Sanctissimus ipse Princeps, per ardua, per sublimia, iter inoffensis gradibus habuisset; tantam, ac talem perfectionis sublimitatem, ejus experti nullatenus, fuissent commilitones; sed nec pervenissent quidem ad tanti honoris fastigium, ut perfectiores in Ecclesia Dei, circumamicta varietate, viva omnium voce, comprædicari, Dei gratia, Philosophi mererentur, Cellitę item, & Columnarii: Petri in id Successoribus plurimis, patentibus suis diplomatibus sancientibus: *e* quorū illud unū (vereor enim nè propriis fimbriis dilatatis utcumque reddar
Matth. 23. aliquibus gravis) perfunctoriè memorasse sufficiat Innocen-
f. tii, hujus nominis VI. ubi deprompsit: *f* Inter Cunctos Religionis Monasticæ Professores, quibus veluti rutilantibus Margaritis, militans coruscat Ecclesia, Cartusiani vestri Ordinis Can-

a *Habes in extrav. cap. viam amb. de Reg. & transf.* b *Azor. instit. mor. lib. 12. cap. 21* c *Suar. de Relig. tra. 9. li. 2. cap. 4. Ribad. in extra. 6. Octobris in Bru.* d *Ambros. in examer.* e *In Bullar. Summor. Pont.* f *Item apud Rayn. in Bru. pu. 11. n. 12.*

Candidi Nazaræi eximio Ecclesiam memoratam illustrat. Vitæ siquidèm munditie nitidi, fervore Charitatis igniti, rigore abstinentiæ pallidi, austeritateque pœnitentiæ macerati; mũdo mortui; Christo vivitis, vivetisque in perpetuas æternitates, Sanctis, mundisque Spiritibus copulati. Hæc ille: Quod & Clemens VI. *a* concinnis antè verbis prætexerat Ad hanc, dicens, admirabilem planè Pulchritudinem, qua splendet, & splenduit, quasi quadã varietate circumdata, S. Mater Ecclesia, retrotractis temporibus, adiecit plurimùm ordo vester, à suis Fundatoribus, Viris liquidò spiritualibus, ac tamquã adeps à Carne penitus separatis, (en Angelos, en Spiritus, en quos expendimus in Terris Cęlites, Cellitas Cartusianos) magno pariter, & exacto consilio circumcisis. Qui quidem ab hominum segregati consortiis, & ad vitæ subsidia necessaria satis paucis contenti, Aquilarum more, nidum suum in arduis posuere; in præruptis silicibus, inaccessisque rupibus habitantes; deliciarum hortum, Squallentis Eremi solitudinem arbitrati. Ibi etenim lectionibus, orationibus Psalmodiis, contemplationique vacantes; solicitudine Marthæ seposita, subsederunt ad pedes Domini cum Maria. Hæc inter alia, ad Sacræ hujus, ac Mundæ Religionis commendationem Summi habent Amborum Regnorum Clavigeri, Primi successores Ætherei. His præ innumeris porrò Cartusianos prosequuntur Ecclesiæ Principes Populique Rectores, Orbisque Christiani Doctores itèm quamplurimi, ac Scriptores, laudibus, honoribus decoribusq; supremis. Hisce, præstantioribusque præconiis, quæ splendent sub firmamento lucidissimæ Stellę, Stellas extollunt Cartusianas. Verùm absit, ut inanitèr in tantis extollentiis efferamur, Qui Brunonis, cujus vita, Simulacrum extitit veræ humilitatis: humillimi, Palmites esse, ex sola Dei pietate, gloriamur. Nam si ex asperioris vitæ instituto, quod nos à mundana prorsus vanitate sejunxit, laudibus plurimis exornamur, ac præ ordinibus Cæteris ex gloria meritorum, ut aliquando fassus est Clemens III *b* plurimùm honoramur, immensisque tot Privilegiis Immunitatibus, ac Benedictionibus cumulamur; non erunt profectò tot nobis decora, nisi ad augumentum subsana-

R na-

a *In eod. Bull. & apud eund. habes Rayn. punct. 9.* b *item In Bull. Rom. Pontif.*

nationis in mundo, pœnarum vero in inferno detrusis; si, quod absit, ab humilitatis, abjectionis, districtissimæque observantiæ Cartusianæ semitis vel minimò declinemus. Ubi enim augetur dona, Gregorio vindice, a ubi cumulatur item honores: rationes etiam donorum crescere est necesse. Solerter ideò consideremus oportet; nè nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur; ab Authore mundi, indè graviùs judi-
Isai. 40. 31. cemur. Pennas assumpsimus Aquilæ; elongavimus fugientes;
Ps. 54. 8. atqui in hac Eremi solitudine, Deo gradus ipsissimos dirigente, & pervenimus, & permansimus; inventique posthæc, à Pientissimo omnium Patre Maximo demandato operi insi-
Deut. 32. 10. stentes; misertus nostrum, in Cælestibus, nisi adhùc corpore, Anima circumduxit quidem, ac docuit; custodiens interim ut
Psal. 16. 8. pupillam oculi; immensisque item favoribus; spiritualibusque omnimodis Charismatibus (quod & plurimi profectò est faciendum, & per quod plurimùm cæteris obligamur) prosequutus in diem.

Nostram itaque, ut decet Sanctos, vocationem, nostrumque
Eph 5. 3. Eminentissimum statum necesse est attendamus: non alia pre-
1. Cor. 1. 26 mentes vestigia (aspicientes primum in Authorem fidei, &
Hebr 12. 2. consummatorem Jesum; Qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contempta: indeque attendentes ad Pe-
Isai. 51. 1. tram, undè excisi sumus; ad Brunonem videlicet, qui ultrò si-
Galat. 2. 19 bi delatos honores dignitates, ac infulas respuens, Christo Crucifixus tota ętate permansit) non alia inquam, prementes vestigia, quàm quibus Dux ipse primus institit gloriosè. Pares Angelis comprædicamur: b Angelicæ ideo similis puritati nostra jurè esse convenit Puritas; nè à nomine, quo censemur, opera ipsa turpè discrepare comprehendantur. Ipsa enim Altissima nostra Professio, Altissimam pari methodo, sublimissimamque perfectionem à nobis exigit, districtissimamque omninò, vitæque expetit asperitatem & observantiam; ut ex operibus veri palmites vindicemur Brunonis; qui mortificationi sensuum jugi insistens Ævo; abiectioni item, suique ipsius nihilati operam navans; ad tantum promeruit Celsitudinis fastigium pervenire, ut vix acierum collimari possit obtutibus.

Astat

a Gregor. hom. 6. in Evang. b Habes fusius apud Bern. ubi sup.

Astat propterea, modò glorificatus, coram Altissimo, pro nobis omnibus Orator facundissimus interpellans; ut Cives immortalibus secum posthàc ascribamur in gloria: in qua Dominus Jesus, cum Patre, & Sancto Spiritu Summus Præsidet in Trinitate Deus, super omnia regnans: Amen. Rom. 8. 34.





ITEM

IN EVNDEM

Pretiosa in Conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Psal. 115.



Vam dulcia faucibus meis, Sanctisſime
Ps.118.103 Parens, ſuperque mel ori meo, Bruno
Celſiſſime Princeps, quam ſuavia hæc
50.10. ipſa Eloquia, decoraque ſapiunt tua:
Auditui meo Gaudium porrò intonat,
& lætitia, ex tuis hiſce, quæ traduntur
mihi prægustanda, Præconiis. Dulciores omninò gutturi meo omni ſeſamo, ipſoque mihi ſapiunt melle ſapidiores; quin & omni prorſus dulcedine Ducis hujus invictiſſimi acceptabiliores, hę laudũ modulationes efficiuntur: quàm ſi omni fruerer appetibili bono; ita ut ex Perennis hujus gurgitis Aqua Satietatem omninò non valeam implorare. Num non bibimus iterato? Ut quid iterum ergò ſitimus? Bibam quidem & tertiò: meam licet haud penitus poſſe reſtingui ſitim, non ambigam: brevi fon-
Ioa.4.13. tem, non addubitans, inhianter anhælaturum, cui bibere da-
4.11. tum eſt ex hac Aqua. Quid autem exequar ipſe Puſillus; dum
Ibidem puteus, refrigerantes continens Aquas, altus omninò eſt, nec undè contentam hauriam Aquam habeo miſer? Refrigerationem ſitiens Anima mea ergò nè deſperabit, ità ut inrefocillata pereat ſiti, ſitula Carens? Aſſererent quidèm Hæretici, a Providentiam abnegantes. At menſiuntur impii, mendaces
Gen.22.7. itèm in cunctis. Omnipotens ergò Providus Pater omninò mihi fiſtulam providebit, ut iterum ad imminentis neceſſi-

a *Habes plura apud Theodor. in fab. heratic. lib. 1. & 2.*

ſitatis menſuram, non ſine ſolatio refociller.

Fiducialitèr itaque agam, & non timebo; quoniam ubi neceſſitas; ibi ex ipſa lege facultas. Adſit interim votis noſtris Pſ. 11. 6.
Divini Spiritus Paracleti ſupereminens virtus; ut à propoſito Iſai. 11. 2.
mihi certamine, niſi conſummaverò non deflectam; nè cum
inſcitis illis irrideat, qui cũ ſumptus ad perficiendũ quod exce- Luc. 14. 29.
perant, non haberent, deſiſtere, irridentibus cunctis, compulſi Luc. 14. 30.
ſunt ab incæpto. Ubi autem inutiles preces meæ indignæ ſunt exaudiri; Matrem, ut indignitati ſuppleat, proſtratus rogito: ſi fortè Acceptiſſimas ipſa coram Altiſſimo fundens ſuas, reſpici merear, & audiri. Loquens itàque Ei verba placentia; Iſai. 30. 10.
acceptiſſimo eam duco præconio venerandam, quo Gabriel uſus eſt, ubi ait: Ave Gratia Plena.

Pretioſa in Conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Pſalmo præallegato.

Heu mihi (non ſine fletu, *N. N* eodem prorſus deſiderio flagrans, quo Rex cytharædus, in has non rarò Pater Sanctiſſi- Pſ. 115. 15.
mus Bruno erumpebat quærelas) hei mihi; quia incolatus meus ptolongatus eſt! Multum incola fuit Anima mea. Quando Pſ. 119. 5.
veniam, & apparebo antè faciem Dei mei? Quis mihi det Spõſe lectiſſime Ieſu, quis mihi pennas ipſas det Aquilæ, ut altè,
ſublimiterque volitans, requieſcam in te; pennas inquam Iſai 40. 31.
Spirituum ſupernorum advolatum aptiſſimas, aptet mihi; ut æternitate perenni tutus exindè requieſcam in te, Summo
Bono? Quis mihi, Deſiderium Collium æternorum deſideratiſ- Deu. 33. 15
ſime Chriſte, graviſſimam, quà diù vehementer oneror, mortalitatis ſarcina, mihi tribuat, ſpoliari; ut diſſolutus nexibus,
liber appaream coram te; percepturus continuò, quam ſuavis Pſ. 41. 4.
ſit Dominus Spiritus tuus; quam dulcis, ſummèque delectabi- Sap. 12. 1.
lis diligentibus, ac prægustantibus te? Quandò, dic mihi quæſo Jeſu Salvator, coram te gemitus hi pervenient; ut exaudiar Pſ. 33. 9.
ex hac valle, *a* valle penitus lachrymarũ, tribulationis, & mi- Thr. 1. 22.
ſeriæ, valle omnium ærumnarum, in qua innumeris jam modo Pſ. 62. 3.
crebris, gravibuſque confectus planè languoribus, memetip- Eccl. 27. 20
ſum haud valeo poſthæc ſuſtinere tantillus? Moveat te Domi- Dan. 9. 18.
ne Suſpirium meum, ac deſolatio multiplex, quam patior in hac ſpecu: moveant te tot anguſtiæ, noxia tot, tot aſpera, nè ſe-

a In Salve Regina ibi: Gementes, & flentes in hac lacrimarum valle.

sæva dicam martyria; quibus, multiplici circumplexione de-
Num.6.26 vinctus, multis ab hinc annis excrucior in hoc carcere: mihi-
que vultum posthàc amabilem (amicabilem dixerim, sed ex
indignitatè, indignationem extimui) misellulo præbe placa-
Rom.8.21. tus; perfectæ Filiorum donans me libertati, illuc transferens,
Apoc.21.4 ubi luctus nullus, ac dolor; nullus labor, & clamor; sed sempi-
terna fruitio prægustatur. Dies nè sine te læta mihi esse pote-
rit aliquandò, Qui solus es lætitia mea, gaudium solus es
Ps.21.10. meum; solus es consolatio mea, à ventre, & uberibus matris
87.7. meæ; nè dum à die, qua è tenebris, & umbra mortis, gratuito
quidem, non instantia meritorum, eruisti animam meam; in
Ps.85.13. Montem Sanctificationis transferens; ut semitas ibi justitiæ
77.54. me doceres? Lætus quidem hactenus vixi: exultavi, & lætatus
24.4. sum in misericordia tua, quoniam respexisti humilitatem
30.8. meam, nec conclusisti me in manibus inimici; quin imo & sta-
9. tuisti in loco spatioso pedes meos; ut liber, Aquilinis assum-
10. ptis pennis, ad te volarem. Nunc autem conturbata est in me
11. Anima mea; infirmataque est in paupertate, ac lassitudine vir-
tus mea, ex diuturnitate porrò malorum, crebrisque tribula-
Ps.30. 10. tionibus, quibus quotidie pulsor exul à Cælo. Miserere itaque
11. mei, quoniam tribulor; dum defecit funditus in dolore vita
108.23.24 mea, & anni mei in gemitibus. Sicut umbra profectò, cum de-
clinat, ablatus sum, & excussus sum sicut locustæ. Genua mea
25. infirmata sunt à jejunio; & Caro mea deficcata, ac immutata
est propter OLEVM. Libera me ergò Misericordiarū Deus Pa-
Apoc.3.17 ter Omnipotens, quia egenus, & pauper factus sum nimis, ni-
Ps.108.21. miumquè sævissimis tot cruciatibus, prægustor; ita ut non
Psal.69.6. valeat fessa tantilla anima mea non marcere, conturbarique
Job.30.16. plurimùm in semetipsa; nisi tu, qui omnium benè nostri fi-
Ps.102.14. gmentum; misericordiá motus, deficienti velociter dexteram
Luc.7.13. porrigens; ex augustiis vindices pariter, ac defendas. Porrò si-
Isa.38.14. cut pullus hirundinis gemebundus ad Matrem clamat, pro
esca; sic miser ipse, gemens ac ululans, in magnis modò neces-
sitatibus constitutus, validiori qua poßum ad te Pater cla-
Gen.40.15 mito voce, ut eruas me de isto carcere, imo ex hoc inferno in-
Ps.85.13. feriori; ubi pressus, divexatus, exagitatus, innumeris penè sum
129.1. confectus ærumnis. De Profundis ad te Domine clamo: teque
21.10. extento Collo, Deus Cordis mei, spes mea ab utero, & ab ube-
26.9.

ri-

ribus matris meæ, supplex exoro, nè derelinquas me, ubi modò consumptus sum, absque ulla penitus spe revirescendi, senes jammodo factus, ac desiccatus. Cutis etenim mea aruit Job.7.6.5.
adeò & contracta est usque modò; adeoque confecta senio; ut Pſ.78.8.
jàm omninò defecerit in me virtus mea. Citò igitur anticipet 70.9.17.
me misericordia tua, quia pauper, ac ærumnosus factus sum nimis. Memor esto, quem docuisti à juventute sua; ut tibi se totum traderet, tuo servitio mancipatus; hisque foraminibus absconditus Petræ; nè à procellis furentibus, ab inundantibus Can.12.14
tempestatibus mergeretur. Memor ejus quæso, Pientissime Pa- Pſ.90.3.6.
ter, quem à laqueo venantium custodisti, à saggitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & Dæmonio meridiano. Recordare Pueri tui; in senectam ubi Deut.6.17.
jam pervenit, ac Senium; nec diutiùs permittas fame extenua- Pſ. 70 18.
ri, quem floridis priscis juventæ viribus carere noscis omni- Luc.15.17.
nò. Quem pelle ante hac, carnibusque vestisti, quem ossibus Job.10.11.
compegisti, nervisque; jam non excarne quidem (quæ propter oblongas inedias, macerationes perennes, juges afflictiones, asperitates continuas (id quod non propriæ, sed Dantis referatur virtuti) nè dū propter OLEVM, ut prædixi, immuta- Pſ 108.14.
ta penitus est, imminuta, ac exsiccata) jàm non ex carne, in- Job.10 11.
quam, sed ex pelle, nudis ossibus, ac nervis, vivens esse comprehenditur homo; morti tamen, omninò similis, sed mortalis; ubi jam non indutus corruptione.

Cæterùm, Spiritu oris tui omnis licèt hactenus Virtus mea: Psal. 32. 6.
multis tamen laboribus attritus, innumerisque jam confectus 76.4.
ærumnis, vergente mundi vespere, a corpore inquam in ultimis laborante; Spiritus ipse meus, tua adhùc roboratus virtute, de- Job. 27. 3.
flexit sensim atque defecit; adeò ut nec trabeam ultrà valeam Psal 76. 4.
sustinere Cadentem. Fatigatus sum animo; Spiritu sum inva- 4.Esd.12.5
lidus; fessus robore: quid in posterum misellulus expectabo? Job.3.17.
Expectabo salutare tuū Domine, ut ab angustiis eruar, ac pres- Genes. 49.
suris. Excita eja Domine, potentiam tuam, & veni; ut salvum 18
facias, quem salvasti: ut liberatus ab inimicis, juxtaque te po- Pſ.79.3.
situs; ab omnibus omninò sanatus infirmitatibus; lætus in cū- 102.3.
ctis miserationibus tuis multis exultem; tuusque in Patria cō- 9.19.
mensalis efficiar, qui tuus fui in peregrinatione, te miserante,

ac

a *Hymn.Eccl.*

ac adjuvante Sectator. Hi Brunonis porrò, pro suo diù pro-
Ps.119.5. longato incolatu, erant conquestus, ubi multis jam se contri-
tum in senectute languoribus expendebat. Hi Ejus tandem,
post sævissimi martyrii cursum, ad quietem erant anhælitus;
ubi inhabilem propè modum ad sustinendum, ex tot perla-
tis infensis, carnem fessam suam comprehendebat. Exferuidis
Philipp. 1. 23. desideriis hisce, post dirissimos tanti temporis cruciatus; cu-
piebat Bruno dissolvi, & esse cum Christo; dum elongatus à
Christo omne malum patiebatur, omni bono privatus. Num
vero de exilio conquerebatur injustè, Qui sexdecim fermè An-
nis, nunquam non Crucifixus, nunquam non æquuleatus, nũ-
quam non innumeris aculeis cruciatus, nunquam non asper-
rimis crucriatibus attritus, nunquam non detrimentis multi-
plicibus affectus; Agnus veraciter mansuetus, non aperiens
Isai.43.7. os suum, in Equuleo positus rigidissimi instituti, Christi ini-
mitabilis martyr extiterat? Martyrum planè nonnisi semper,
constantiam admiramur; dum breves horulas, pauculos dies,
sivè, si quid amplius velimus effari, mèses aliquot(*a* annos enim
Eccl 44.14 15. integros, in martyrio exactos, raro legimus) pro Christo à ty-
rannis exagitati, martyrium gloriosè sustinuere: *b* ità ut luce
Pro.10.7. clariora vivant ex hoc, nomina eorum in perpetuum, nec defi-
ciat, ob id, laus eorum in ore hominum. Et justè quidem; ubi
eorum ipsa facinora, gloriosos vindicant, & constantes. Si au-
tem martyrii cuipiam laudes justè concredimus tantas: quas
concedemus Brunoni; qui sæviores utcumque martyrii pænas
perpessus est per tot annos? Sed quale itèm à tyrannis ergà
martyres adhuc excogitatum martyrium, martyrio à Bruno-
ne contrà se ipsum exacto, ritè poterit exæquari? Num defuè-
re bitumina, craticulæ, denticulatæ forcipes, compedes, ota-
græ, Equulei, Mallei, clavi, manicæ, Cruces, flagella, ignes, cæ-
teraque generis hujus innumera crudelitatis instrumenta, ad
ejus corpus exagitandum, contundendum, conterendum, as-
sandum, dilaniandum? Defuit nè sanguis effusio, ut ex hoc po-
tissimùm possit & cum Martyribus gloriari? Utinam rigidissi-
mum Anrriolum illud Cartusiæ, quod primùm Sanctus Pater
incoluit, horrentesque cæteri, vel petrarum hiatus, vel Caver-
nulæ,

a *Habes in Vit. S. Gregorii Episc. Armeni apud Metaphrast.* b *Item in vit. S. Clem. Pap. & Martyr. apud Ribad. extr. 24. Ianuar.*

nulæ, vel ipsæ brevissimæ, Cellulæ (cellam enim in tantum Charam semper habuit sponsam; ut strictissimè etiam Papæ Consiliarius, custodierit: *a* siquidem non mollibus vestiens, in domibus, tectisque auratis erat Dominatoris, sed hispidissimo cilicio, abjectissimaque circumdatus veste; brevi Cellula, Cucullatus in Aula Monachus, Aulicus martyr, contentus erat omninò) utinam, inquam, quæ sua Sanctus hic Sanctificavit præsentia, loca ubique omnia loquerentur, ut ex eorum testimonio, fusum à Brunone pro Christo Sanguinem in assiduis castigationibus, ac flagellis, appenderemus in statera; si fortè non minus utique, ut miser ille apud Prophetam, sed plus omninò habens inveniretur, quam Cujuspiam adhuc cæsus pro fide Martyr: cum nō ambigam ipse (quantum ex fide Dignis, *b* probatissimisque, nè dum patentibus conjecturis, datur intelligi) in perpetuis hunc innocui corporis castigationibus, fluenta sanguinis, nè dum decurrentes in terram rivulos effudisse; adeò ut ad incessū (Hieronymi pœnitentis ad instar *c*) ignavia membra striderent; maleque affectum corpus, ubi prosternebatur in terram, ægrè levaret. Num ergò non martyr Bruno? Nescio quidem, an ex innumerabili Martyrum cætu, Quisquam, per grandia tot annorum curricula, sanguinem jugi fundens tempore, perdurarit, quot Bruno, innumeris porrò tormentorum generibus laniatus. Suffecisset profectò, ad coronam sibi martyrii immarcescibilem vendicandam, jugis tot annorum inedia, quà corpus dirissime conficiebat; nihil, prætèr furfurei panis buccellam, sivè leguminum, diebus certis, pugillum indulgens eidem; brevissimæ vestis pannositas, non ad tuendum quidem abs temporum inclementia corpus attritum, sed tantum apta ad contegendum, nè ei patens nuditas esset pudoris; rigidissimum ad carnem edomandam pro ipsa veste, cilicium, pro que lumbis ad nudum præcingendis (ad formam Evangelii: sint lumbi vestri præcincti:) canabi restis aspera; perpetuæ districtio rigidissima solitudinis, quà Deo vivens, hominibus mortuus erat omninò, nisi quantùm vivus, vividus semper, ac vegetus, pro eis omnibus Deo preces fundebat viventi, ut sibi æternùm viverent sociati: summa Pau-

Matth. 11. 8.

Dan. 5. 27.

Dan. 5. 27.

Isai. 44. 3.

Luc. 22. 44.

Luc. 12. 35.

S per-

a *Sur. in Act. S. Brun. 6. Octobris.* b *Consule Sutorem de vita Cartus. lib. 1. tr. 4. c. 3.* c *Ribad. in vit. Hierony.*

pertatis, Obedientiæ,& Castitatis observantia, quibus ad refrenandos Carnis motus lascivientes (si tamen hi esse possunt in Angelo) pro stimulis castigantibus utebatur; utquè de innumeris afflictionibus cæteris sileam prudens (ne in propriis linguax evincar) quibus diu noctuque sui corporis exagitabat jumentum; præter id etiam, quod sub spiritualibus, carnem summè attenuantibus exercitiis, intrinsecus latet: suffe-
Cant. 4. 1. cisset, inquam, satis abundè, ut glorioso asciseeretur Bruno Martyrum Cætui, Admirabilis utcumque, ac Prędicabilis Stiliticæ ejus Columnariæ stationis perduratio ad occasum; non alio tametsi, quàm tantarum imbonitatum latitantium sub
3. Reg. 12. 14. columna, sanguine madidus appareret. Sed oh stupor! Innumeris tot exactis afflictionibus; tantas per sexdecim annorum
Ier. 30. 14. spatia, cum scorpionibus ultrò confecto corpori castigationes superaddidit (penè dixerim & ipse crudeles) ut gravis hæream; an uberiorem à Christo exceperit Cælestis gratiæ imbrem; an vero Christo effusi sanguinis ipse reddiderit pleniorem: tametsi nusquam me latuisse profiteor; Quovis pretio sanguinis, haùd posse Gratiæ, quemquam, nec gradum quidē minimum promereri; *a* ac propterea dici gratiam; dum cuilibet, non jure meritorum, sed gratis datur à Thesaurario Chri-
Joa. 13. 3. sto, in cujus manus omnia Pater posuit, ut singulis Ipse de plenitudine gratiarum impertiretur fluēcta. Martyrem itaque Brunonem nostrum, post tot nubila Phæbum expetiisse flagrantem, non mirum sanè: dum tot annorum importabilem martyrii Sarcinam, attenuatis viribus, patiens ipse portavit. Non mirum planè, quod sub asperitatibus tantis, tantisque jejuniis, ac flagellis, extenuatus prorsus, ac desiccatus, senioq; confectus, ad Civium tandem supernorum quietem ferventissimè anhælarit; cum non sit quisquam in valle, qui ex diuturnioribus fessus laboribus, quietem posthęc non expetat in-
Job. 3. 17. Philip. 1. 23. hianter. Mirum nec nè, quod jam toto penè pro Christo Sanguine fuso, cupiat perardenter dissolvi Bruno ex ergastulo, quo diù fuit incarceratus; ut esse possit indè cum Christo, secum conregnaturus æternùm, æternùmque molestias amplius non passurus? Non mirum profectò *NN.* quod post innumeras per-

a *Consul. Aug & Ambros. de Gratia. & lib. arbitr. l. 1. Item Nerimberg. pre. Diu. gra. tom. 1. c. 1. 2.*

perlatas vexationes, positus jugiter inter spinas, ignibus item, ictibus, ac tormentis semper expositus (præter Ecclesiarum suarum Solicitudinem, quibus impiger præsto fuit in cunctis; cuilibet filiorum pro posse, ad mensuram tamen capacitatis, opitulans) Domino Deo suo jungi tandem, copulari, conglutinarique desideret; ut æternaliter plenarièque illi adhærendo sit fœlix. An non justè nimis, jureque optimo, Centrum affectant omnia cunctaq; tendunt ad centrum; ità ut extrà centrum, quiescere non valeant aliquando? Vindicem habemus Regem prophetam; ubi ait: Tunc satiabor cum apparuerit gloria tua: superafflueret licet omnibus mundi bonis, in quibus plenariè consolari poterat, & oblectari: meliorem possidens, ac pinguiorem terræ totius medullam; terram videlicet quam desponderat Deus Patribus suis, lacte manantem, & melle; quamq; Salomon indè filius possidens; ex iis, quæ numerando monstravit, cunctorum sub sole viventium se fœlicissimum vindicavit, dū ait: omnia, quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis; nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ paraveram. Num ergò & Pater item, de selectiori, pinguiorique Terræ succo, volens poterat ad libitum satiari: qui tamen dicebat esuriens: tunc satiabor cum apparuerit gloria tua? Quia enim tunc, plus esurit cor humanum, ubi plenius ex terræ pinguibus satiatur: cùm non detur satietas extrà Deū, qui solus cor valet hominis satiare, ut paucis sed nervosè aperuit Augustinus: [a] fecisti, dicens, Domine nos propter te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te: non est ideò cur miremur, nè dicā solū Brunonem nostrum, sed magnum item Palestinæ totius Dominatorem David, omnibus licet bonis afflueret, egenum tamen se fassum fuisse, atque mendicum: Ego autem mendicus sum, & pauper: nec habere propterea quomodò satiari; nisi cum fuerit æterni convivii commensalibus commensalis ascitus, atque conviva; adjudicatus in gloria summi omnium Regis, inter magnates illos, quibus ex omnibus quæ appetibilia esse possunt, nihil deesse potest omninò: quoniā nihil deest timentibus, & fruentibus te: omnibus illic, ad satietatem usque, ab eodem eorum Domino plenissimè ministratis: Faciet illos discum-

2. Cor. 11. 28.
Ps. 72. 28.
Ps. 16. 15.
Deut. 27. 3.
Eccl. 2. 10.
Ps. 39. 18.
Ps. 22. 1.
Luc. 12. 37.

a *August. in soliloq.*

fcumbere: & transiens ministrabit illis. Ergò dicat, & jurè,
Ps. 16. 15. David; & cum Davide Bruno: tunc satiabor cum apparuerit gloria tua. Dùm enim jurè omnia centrum affectant; dum nō injuriâ, omnes in gloria appetunt satiari, juste quidem Bruno
Tob. 5. 12. positus extrà centrum, elongatus à Patria, ad gloriā non dum vocatus; plenum se dicit querelis, omnique penitus gaudio defraudatum (quale gaudium erit mihi, qui Cælum adhùc non possideo; Deum meum facie ad faciem non intueor?) tum maxime, cùm ætas modo vergit ad finem: a nec propterea inter spinas posse quiescere; sed nec inter Spirituales ipsas epulas in carcere satiari; nisi cum apparuerit gloria Domini, Domino Deo suo, ipse itidem cum Propheta in æternum adhęrens, Cælestium indeficientium epularum commensalis item fieret, & conviva. Et quidem, quis unquam hominum, post diutinum martyrium, ad laureolam, ad præmium, ad quietem, anhælanter non inhiaret? Quis, post ancipitem peregrinationem, qua diù exulavit à Patria, ad Patriam demum non contenderet perardenter? Quis diu detentus in Bello, post periculosum utcumquè certamen, requiem anxius non expeteret? Nullus omninò, nisi ratione sit expers; quamvis & ipsa jumē-
Ps. 31. 39. ta irrationalia, quæ in camo, & fræno constringi necessum est; naturaliter post laborem, otium appetant, & quietem; nè ultrà vires lassata, deficiant ultrò.

76. 19. Conqueratur itaquè, & jure quidem optimo, Bruno, quod
117. 15. non dum sibi dies jubilationis illuxerit; non dum vocem exultationis, & salutis audierit; non dum post tantos in tàm ancipiti bello prostratos hostes, exanthlatos labores, perpessos ictus, exactosque triumphos; Remuneratorem non expenderit invitantem: intra in gaudiū Domini tui: conqueratur, inquā,
Matth. 25. 23. ac lamētetur Exactor ipse Victoriarū, Fortisq; Bellator Bruno, quoadusque à Domino Deo suo exaudiatur, mercedeque abun-
1. Cor. 15. 10. dantius præ cæteris cumeletur, qui præ cæteris abundantius laboravit. Clama itaque Pater mi, clama, nè cesses: quasi tuba
Isaiæ 58. 1. exalta vocem tuam; si fortè, cursu jàm consummato, sonet vox
2. Tim 4 7. tua in auribus Domini; respiciatque te ab Altitudine solii
Cant. 2. 14. gloriæ suæ, tuique misereatur, nec te ultrà exulare sinat à Pa-
Jerem. 14. 21. tria, in qua jamdudum Civem Beatissimum te conscripsit. Clama

a August. serm. 35. de verb. Dom.

ma Pater ad Patrem qui est in Cælis, lachrymabundus, ejulans, ac suspirans, voceque qua potes validiori deprecare Parentem; si fortè misericordia motus, extendens è Regalibus manum suam, ex hoc te eruat inferno inferiori, in regnum transferens deliciarum: ubi non esuritur amplius, nec sititur, ærumnæ ultrà non præmunt, ingratus curarum ultrà non percurit æstus: ubi non lugubre resonat carmen, non lamentationes excipiuntur, nec væ; quin totum potius, quod desiderabile est, quod jucundum, quod appetibile, ac delectabile, imò totum omninò quod est optimum, & affluit abundanter, & æternaliter securè possidetur, & sinè metu. a Matth. 6.9. Sap. 18.15. Isa. 49 10. Ezech. 2.9.

At miser, excors, insanus! quid iterùm, atque iterum: Clama: dixi; cum non ignorem: Justorum preces iterari haud opus habere, ut ab Altissimo mereantur audiri; Qui dum nec voces ipsas Servulorum expectat, preparationes cordis eorum exaudit? Dixerat liquidò, sed in secreto cordis, Deo & hominibus Dilectissimus Bruno, quando veniam, & apparebo antè faciem Dei mei? Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! multum incola fuit Anima mea. Exaudi Domine preces meas, dum oro ad te, nec me diutius à te separari permittas, Qui creatus, & recreatus fui, ut tibi æternùm conglutinatus adhæream, non autem ut separatus, momentò respirem. Cupio, ubi jammodo senuit Caro mea, aruitque funditus tanquam testa virtus mea; mox ut defecit in dolore vita mea, annique mei in gemitibus; Cupio, inquam, dissolvi, & esse tecum. Non dum autem, hæc dixerat in secreto, nondùm has fuderat intrà se præces; quod, ac si instanter vociferantem audisset, Qui plenus oculis, auribus plenus, nunquam dormiens ac dormitans, totum expendit, quod agitur in secreto: quid clamas ad me? Respondit: Ecce adsum Salvator tuus, & liberator tuus: Ecce Remunerator tuus venio citò: cessa conqueri, noli flere, nè lamenteris adhùc. Exaudita enim est deprecatio tua: Accingere ad Agni Nuptias: Confortare, & esto robustus, brevi introduceris ad vitam, brevi ad montem evocaberis brevi fugabis mortem, qui mortem ipsam in vultu portas, mortalis: Coronaberis, saluus eris; braviumque supernæ vocationis victor attinges; dum ad finem usque & pugnasti viriliter, & stre- Ps. 9.17. Prov. 3.4. Ps. 41.3. 119.2. 17.2. Ps. 21.16. 30.11. Phili. 1.23. Ezec. 1.18. Ps 120.3. Exod. 14. 15. Isa. 41. 17. Dan. 6. 17. Luc 1.13. Apoc. 19.7 Josu. 1.6. 2 Tim 2.5. Ib. 4.8. Phil. 3.14.

a Kemp. de imit. lib. 3. c. 49.

Apoc. 6. 2. & strenuè decertasti, & legitimè item vicisti. Vicisti planè vi-
Joa 1 47. cisti, Qui existi Victor, ut vinceres. Eja, lætare ergò, & exulta
2. Tim. 4. 8 verus omninò Israelita; Corona nunc tibi superest, laureola nunc tibi deest, expecta paululum, & dabitur quod debetur, votique tui compos efficieris Athleta.

Igitur optimè meritus, Deo & hominibus placens Bruno,
Cant. 8. 5. divitiis ad saturitatem usque affluens, spiritualibus nempè ad effluvium fultus virtutibus, omnique perfectione, ac sanctitate consummatus; multis jamdudum laboribus attritus; languoribus item, morbisque multiplicibus, ex vigiliis, jejuniis, orationibus, Psalmodiis, pœnitentiis, cæterisque id generis cruciatibus, confectus; in extremum tàdem lapsus languorem,
1. Mach. 1, 6. sylvam jampridem excolens squillacensem: cognovit (Deo id revelante) quia moreretur. Fratribus proptereà, in eadem stylitica statione manentibus, accersitis; gravem cum eis, de pertinentibus ad statum, quem excolebant, consummatæ perfectionis, sermonem habuit. In quo primùm immensas omnipotenti, pro sibi, suisque dilectissimis in Christo filiis, ubique degentibus, collatis donis, referens grates: pro eorum conservatione, bono regimine, integro statu, optimoque fine ad consummationem usque dierum; nec non & pro totius ordinis in eo perfectionis columine, quo ex Divina pietate clarebat, ad ultimum sæculorum diem, perenni perduratione, hu-
Matth. 28. 20. militer ac reverenter est deprecatus. Domine Jesu, dicens, qui nobis indignis famulis tuis, per dilectissimam Matrem tuam;
2. Par. 1 9. Amantissimumque Apostolum tuum, es pollicitus: Ego vo-
Luc. 12 32. Eccl. 51. 4. biscum ero usque ad consummationem sæculi: imple, precor, quod promisisti; Pusillum hunc tuum gregem ab incursatione circumjentium inimicorum ad escam tuendo; eumque, ad exitum usque dierum, per successivam indeficientem posteritatem, vernantem semper cõserva, omniq; prorsus illæsum cœnobitate custodi. Custodi eum Domine, ut pupillũ oculi, nè Leo
Ps. 16 8. rugiens, qui non cessat circuire, quærens quem devoret: in eo
1. Petr. 5. 8. undè gloriari habeat aliquando. Esto eis, Pater, in omnibus
Esth. 13. 17 tu Propitius, qui cunctis propitiaris, misereris, & parcis: sint-
3. Reg. 3. 9. que oculi tui aperti, & aures tuæ intentæ super eos die ac no-
Ps. 44. 13. 85. 6. cte, ut exaudias deprecationes eorum, quibus jugi tempore
15. 1. te Deum tuum deprecabuntur. Ne quæso despicias Domine præ-

preces eorum, sed auribus eas percipe, semper intentus voci deprecationum eorum; ut facias cum eis misericordiam tuam. Eccl.50.24
Ad te semper clamabunt: Abba Pater: da eis Domine auxilium Rom.8 16.
de Sancto, & de Sion tuere eos; nè extinguatur lucerna eorum Ps.19.3.
in sempiternum, fidelesque in dilectione permaneant; donec Pro.31.18.
veniant, & appareant coram te Domine, visione tua Beatifi- Sap.3.9.
ca fruituri, satiandique cum Sanctis, & electis tuis in Epulis Cælestis gloriæ tuæ; quæ tandem post laudabilem cursum, ex sola tua Benignitate, merces eorum erit in sempiternum.

Vos autem fratres Audite modò quæ loquor; auribusque Deut.32.1.
percipite, Quæ vobis, non mea, sed accepta, trado mandata. Coloss 4.7.
Non sit inter vos servus Quisquam nec liber; sed omnes Chri- Ap. 19. 10.
sti conservi, omnes in Christo liberi, in invicem ministrate: Matth. 20. 26.
Magistri Sanctissimi ad exemplum; Qui non venit ministrari, Isa. 14. 14.
sed ministrare. Si autem quis voluerit inter vos major fieri, Luc.10.18.
sit vester minister; & qui voluerit inter vos Primus esse, erit 1143.
vester Servus. Primos recubitus non ametis, (sicut in Cælis Lu- Matth. 23. 8.
fer, in terris Pharisæi luciferini) non primas cathedras, non
salutationes, honores, ac venerationes in foro, sed nec ab ho- Rom 8.34.
minibus item vocari Rabbi: Unus est enim magister vester, qui H br. 13. 17.
vos viam Salutis in veritate docet Christus Jesus, qui est ad Rom.13.2.
dexteram Dei Patris in Cælis; postque Christum, Præpositus Dan. 12. 3.
vester in Terris; cui promptam semper in cunctis parentiam Isai.13.14.
exhibete; nè in hoc graviter judicemini, ac in perpetuas æter- 2.Cor. 6.5.
nitates igne puniamini devorante. In jejuniis, in orationibus, in vigiliis, vigiles semper estote, sicuti & in cæteris spiri-
tualibus exercitiis prompti semper, & Alacres; nè decidatis Luc.18.1.
ex alto. Oportet siquidem semper orare, & non deficere; me- Eccl.35.21
mores, quod Oratio nubes penetrat, Cælos aperit, nec desistit Marc. 14. 18.
donec obtineat; præter id etiam, quod malas cogitationes expellit, Dæmones fugat, tentamenta vincit Inimicorum, Inimicosque ipsos ad tartara relegat profligatos. Vigilate ideò, & Matt. 6. 16.
orate, ut non intretis in tētationem; neve tentationibus pressi 17.
succumbatis. Cū jejunatis nolite fieri sicut hypochritæ tristes, 18.
qui exterminant facies suas, ut appareant hominibus jejunan- 5.
tes: sed magis lavate facies vestras, vultusque vestros exhila- 2.
rate; nè videamini hominibus jejunantes. Itemque cum oratis 6.
no-

a *Chys. hom. 70. in cap. 12. Matth.*

nolite ab hominibus orâres videri: nec tuba canite antè vos, dû
cætera pietaris opera exercetis ex more, nè in hoc mercedem
Ibid. 6. vestrã recipiatis: sed omnẽ justitiã vestrã operamini in abscô-
dito, & qui videt in abscôdito Pater, redder vobis. Nè implice-
Luc. 21. 34. mini Curis sæculi hujus nequam: Spinæ sunt, nec sinent absq;
Luc. 8. 14. punctionibus vos abire: memores, quod ad Eremũ, ut Deo in
solitudine orantes vacetis, nô ad Forũ, ut Patroni sitis causarũ,
properastis impigri. Negotia proptereà sæcularibus relinqui-
te, curas abiicite: remittite quibus congruit, quæ indecora sunt
Phili. 2. 12. solitariis. Vos autem vestram salutem operantes, in timore
Eph. 6. 5. Deo servite, Domino adhærete, ipsi soli placere contendite,
2. Cor. 7. 15 Ipsum in cunctis necessitatibus vestris deprecemini, ut Ejus
Ps. 114. 15. experiamini Auxilium in tempore opportuno. Humilitas sit
59. 13. præ oculis vestris semper, semperque in corde habitet vestro,
Colo. 1. 10. ut inhabitet in vos virtus Christi. Ipsa directix vestra, ipsa
2. Cor. 12. 9. Spiritualis omnis ædificii vestri Basis, ac Fundamentum; *a* nè
Col. 3. 40. sine humilitate, virtutes cæteras congregantes, quasi in ven-
1. Joa. 4. 17 tum pulverẽ, inani labore, portetis. Super omnia perfecti esto-
1. Tim. 1. 5. te in Charitate; Charitate autem non ficta, non fictili, non
2. Cor. 6. 6. superficiali, Finis enim præcepti Charitas; quæ cum informet
omnia; omnia ea stante, subsistunt; cum ipsa sola ad omnes
plenè sufficiat; sola pro omnibus numeretur pariter, & mune-
1. Cor. 13. 2 retur: *b* Ipsa autem deficiente, virtutes cæteræ, ad salutem con-
sequendam, nihil omninò prosint, nihil vis habeant, ac virtu-
tis. Estote, Fratres mei, misericordes, sicut & Pater vester mi-
Luc. 6. 36. sericors est: dùm judicium absque misericordia erit ei, qui non
fecerit misericordiam cum Proximo suo. Porrò eadem mensu-
Iac. 2. 13. ra, qua mensi fueritis, remetietur & vobis. Quod cum Miseri-
cordiam, Deus ipse misericors (Cujus natura Bonitas; cujus
Luc. 6. 38. voluntas, Misericordia; Virus cujus Benignitas; cuique pro-
Matt. 9. 13. prium est misereri semper & parcere:) cum inquàm misericor-
Ose. 6. 6. diam Ipse requirat magis, quàm sacrificia, & scientiam Dei,
Matt. 5. 23. 24. quæ consistit in Charitate, plusquam holocausta: undè & Sa-
crificio offerenti, gravato fratre, præcipit, ut relicto Sacrifi-
cio ad Altare, eat prius reconciliari fratri suo, indeque ad
sa-

a *Cyprian. in serm. de Nat. Dom. Gregor. in 3. Psal pœn. Ber. Serm. ult. ex-
parn.* b *Bibauc. Serm. ult. de S. P. Brun. The: omnia vestra in char fiant.*

sacrificandum redeat super altare: non est cur à tam districto præcepto aliqualiter excusemini. Nolite itaque, ob id, irasci in fratres vestros; nè à Charitate quomodolibet excidamini: at ubi cōtingerit aliquandò ex fragilitate forsā irasci; irascimini, & nolite peccare: Sol tamen nusquàm omninò super vestram iracundiam occidat; nè occisi ab ira, iram experiamini implacabilem Exactoris; ac tanquàm legis transgressores æternaliter condemnemini. Paupertas sit vobis semper in corde, sit vobiscum semper in opere, nec opus fiat à vobis, quod Paupertatem non præseferat; utque sponsam lectissimam adamantes, à vobis nusquàm finite elongari; nè inventi finè ea quandoque; pauperrimi vestri instituti prævaricatores vocemini; Christique Domini (Qui egenus pro nobis factus est, cum esset dives; Quique pauperrimos tantum discipulos novit Fratres: Hi sunt fratres mei:) Insectatores potius judicemini, quam Sectatores, ac Fratres. In mentem propterea semper habete, quod non Divitum quidem, sed Pauperum est Regnum Celorum. Corpus vestrum asperitatibus edomate; nè caro adversus Spiritum per lasciviam insolescens, reddat vos ut jumenta insipientia, quibus non est intellectus. Pœnitentiis ideò, castigationibus, macerationibus, cæterisque nostri instituti propriis Carnis afflictionibus insistite toto semper conatu: non ambigētes, quod ubi corpore forsā, ac viribus infirmamini (nunquid mētietur Apostolus, cum autē infirmor, tunc potens sum?) tùnc spiritu potētiores eritis, atq; vegetiores, ad resistendū Satanæ, virus cujus Potentiū vires enervat, dū à debilioribus enervatur. Nolite quidpiā ventri unquā indulgere propter gulam: multi enim sūt gulæ casus: nè & casus vester fiat insanabilis propter ventrē. Sed nec itèm jebriamini vino, in quo est luxuria. Vinū siquidem, & mulieres faciunt ipsos apostatare Sapientes. Vino tamen modico utamini propter stomachum: Stomachus, quippè si multùm languescat (Chrisostomo, Parente optimo, judice *a*) totum corpus erit invalidum, reddetque vos notabiliter enervatos, dùm omnia membra vestra invenientur infirma; ac propterea inhabilia erunt omninò ad quodlibet cùm spirituale, tum corporale exercitium exequendum; ita ut nec possitis Deo vacare, laudibūs ejus insistere, Matrique Religioni ser-

Marginal references: Mat. 5. 22. — Ephes. 4. 25 — 2. Cor. 4 9. — Luc. 8. 21. — Matth. 15. 23 5. 3. — Luc. 6. 20. — Esth. 3 8. — Galat. 5. 17 — Ps. 31. 9. — 2. Cor. 12. 10. — Jac. 4. 7. — Ps. 23. 6. 28. 11. — Eccl. 37. 34 28. 30. — Eph. 5 18. — Eccl. 19. 2. — 1. Tim. 5. 22.

T

a *Chrysost. hom. 37. oper. imperf. Matth*

servire. Præstolamini in domo Domini cum silentio salutare
Thrē 3 26 Dei; attrendentes: Quæ sit voluntas ejus bona beneplacens &
Rom.12.2. perfecta: semperque præ oculis habentes; non incommessatio-
13.13. nibus quidem, & impudicitiis; non in contentione, & æmulatione; non in conversationibus, & Amicitiis; non in divitiis & magno nomine; non in turba Parentum, Cognatorum, Familiarium, ac servorum; non in loquacitate, procacitate, plausuque hominum & Populorum: sed in solitudine, & silen-
Joel. 2. 12. tio; in jejunio, & fletu; in sacco cinere & cilicio; in paupertate, & humilitate; in asperitate, & maceratione; in frugalitate, & parsimonia; in ignobilitate, & obscuritate; in patientia & longanimitate; in oratione, & contemplatione; in obedientia, & Charitate; in abstractione tandem ab omne, quod est mundanum, quod carnem sapit, quod indulgentiam carni præbet, quod honorificentiam exhibet: nostram omninò
Rom.8.5. esse fundatam Religionem; Quæ nisi munda semper à vobis custodiatur (munda siquidem est, immaculata, & purissima hæc Religio ex se ipsa; potest autem à Cultoribus malè affici
Jacob.1.17 cœnoque coninquinari) brevi à supereminenti Candore decidet, ac splendore: Vobis omninò cadentibus in commissum.

Diligenter itaque, iterum dico, diligenter omninò Voca-
1.Cor.1.26 tionem vestram in hanc mundissimam Cartusianam Religionem attendatis, oportet; nè cum stultis, cæcisque in foveam inconsideratè cadatis. Venire siquidem ad Eremum, summa
Matth. 14. perfectio est; *a* non benè autē vivere in Eremo, summa peni-
21. tus est damnatio. Nè ergò cadat & super vos (quod Deus avertat) maledictio illa: melius ei erat, si natus non fuisset homo ille: rigorem Sanctissimi hujus nostri instituti, in floridi semper, in vegeto, in viridi conservare; ut & Fautorem habeatis Eum, Qui non sinet vos tentari suprà id quod potestis: facturus & cum tentatione proventum, ut possitis sustine-
1. Cor. 10. 13. re: & palmam tandem perlati super Columnam martyrii, post breve tempus, in Cælis obtineatis, gloriosi itèm in hominum memoria in terris posthàc victuri; ubi supereminens virtus vestra non nisi admiranter suspici, veneranterque poterit per sæcula exaltari, laudibusque plurimis, per ora omnium Compraedicata, non exornari: quoniam quorum nomi-

a *Euseb Emiss. hom. 9. & 10. ad Monach.*

mina scripta sunt in Cęlis, quorumve Animæ visione fruuntur post incolatum; horum semper,in terris memoria, laudibus recoli necessum est gloriosis;ut in eo, quod ex propria latitarunt humilitate;aliena deinc(Deo id peculialiter exigente)publicentur devotione. Luc.10.20. Pro. 10.17.

Hæc, vel similia, ut fas est credere, cunctis dilectissimus Bruno,antè quàm super Astra evolaret glorificatus, Adstantibus pariter Filiis, & Absentibus, cælestia in hæreditatem documenta reliquit. Hanc sanè uberrimam nobis commisit, ac legavit hæreditatem; quam hoc utinā! integram custodiamus, ac illibatam,Qui ejus censemur nomine filiorum; nàm superabundè nimis nobis merita superaffluerent, ac divitiæ; nec aliis planè Thesauris luculentioribus egeremus, ad futuram gloriam; quæ justis revelabitur, promerendam; quamve Dominus daturus est his, qui pactum suum, jugi observantia, custodire conantur; mandata,atque præcepta Patrum suorum integrè observantes. Conemur ergò, ut possumus, ejus premere gradus,ejusque sequi vestigia,quæ pressit ipse post Christum; securi Christum nos offensuros, gradientes post Eum. Magna quidem à nobis exposcitur observantia, gressus observaturi Brunonis: nè quæso, tamèn, tantummodo ut velimus, de tàm districtissima observantia desperemus; talem, ac tantum pro nobis, apud Omnipotentem potentissimum habentes Patronum,de cujus ingenti non dubitamus potentia, (uti nec sanè de voluntate: Pater quippè est, filios negare non potest) Quem(ex prætactis, raptim licet, tot dilucidis conjecturis : præter id, quod ex fide tenendum monet Ecclesia,a) in supereminenti non ambigimus gloria constitutum? Rom 8.18. Dan. 9.4. 1. Joa. 2.1. Rom.8.34.

Ipse igitur stylita noster Sanctissimus non multos post ejusccemodi ejus languoris dies, in quibus ore semper, corde, menteque, orationi contemplationique intentus institit; præsentem Judicem Christum humiliter, ac fiducialiter alloquens, transferri rogitabat,precibus enixis,in Regnum: Constitutus autem in agonia,instantiùs quidem,nè dum prolixiùs orabat, dicens: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum; spiritum inquàm, quē mihi tradidisti Custodiendum; quemve tuis modò manibus iterùm depono securus;ut super- Luc 22.43 23 46.

T 2 nis

a Baron,in annot.ad martyr.6.Octobris.

nis spiritibus copulari digneris. Quibus prolatis, videns, Ste-
Act.7.55. phanus alter, gloriam Dei, cœlosque itèm apertos (qui novus
2. Cor. 12. 4. Saulus Cælestes jam inviserat mansiones; de quibus Rex Regis
Joa.14.12. Filius dixerat: in domo Patris mei mansiones multæ sunt:) Je-
Luc.22.69. sumque, innumerabili stipatum multitudine Angelorum,
à dextris virtutis Dei stantem; egressuram (Propugnator Fi-
delium, Oppugnator inimicorum, meritorum Remunerator)
ut exciperet Animam suam: tantam tantillus homo gloriæ su-
pereminentis sustinere non valens immensitatem; *a* Spiritum,
præingenti cordis lætitia, & jubilatione, suũ exhalans: placi-
Act.7.59. dè obdormivit in Domino, *b* Pridie nonas Octobris: sub repa-
rati hominis Annũ centesimum primum supra Millesimum. *c*
Beatissima Cujus Anima, ipso nitore candidior, ipso splen-
dore lucidior, à Cælestibus suscepta ministris cum jubilatione,
Luc.18.22. in sinu Divini Patris Abrahę, Lazarus ipse Alter bonis mendi-
cus, substantia ditissimus meritorum, continuò requievit, lo-
Luc.16.22. cata; æternaliter indè Divinam ejus Præsentiam, & Essentiam
fruitura.


Quid igitur? *NN.* num non veraciter Pretiosam dixeri-
Ps.115.15. mus in conspectu Domini mortem Sanctorum? Prætiosa por-
rò, *d* ac pretiosissima prorsus prędicanda erit omninò, quę tali
methodo è tempore transmeat ad æternitatem. At recolite
mortes, amabò, Peccatorum; pessimas non nisi certò compe-
Luc.16.23. rietis ubique: mortuus est dives, & sepultus est in inferno. Ex-
pendite obdormitiones Justorum; gloriosas liquidò semper
coniicietis in cunctis; nullus protinus non ab Angelis lucis
susceptus; nullus non in sinu collocatus Divinitatis. Impossi-
bile enim, moraliter tamen loquendo, est malè mori, *e* Qui
benè vixit; Quique malam jugi ævo conduxit vitam, impos-
sibile est, è converso, ut morte moriatur Justorum, fiantque
Num.23.10. novissima ejus horum similia: dùm regulariter, quasi Vita fi-
nis ità; meritorumque talis & retributio, qualis & operum
consummatio in occasu.

Bruno itaque, violentia usus gratiæ contrà naturam: Cor-
pus Sanctificatum (ut in simili, est effatus Bonavẽtura *f*) os ex-
pur-

a *Sutor. de vit. Cart. l. 1. tr. 4. c. 3.* b *Ribaden. in extr 6. Octobris.* c *Sur. in Act. S. Brun. 6. Octobris.* d *Consule Bern. Ser. de S. Clem. Pap. & Mart.* e *Engelgr. Lux Evang.* f *Bonavent. de Amand. Deo in opusc.*

purgatum, mentem illuminatam, Caloremque retinens, ad exitum usque, inextinguibilem Charitatis; meruit, hic per Gratiam, per gloriam illic, ad sedem, qua superbus exciderat Lucifer, humilis ipse tandem evehi glorificatus; tantisque in utroque sæculo honoribus decorari, ut mens cum lingua simul infirmetur humana, abyssalem tantam expendere volens immensitatem: quam quidem tunc funditus assequemur, cum similes in gloria Eidem facti, erimus & immensæ hæreditatis Ejusdem participes. Quod nobis contingi speramus, hoc nostro interpellante Patrono, Jesuque Domino nostro præstante, qui ex Cœno immundi sæculi hujus, gratia sua, nos liberãs; in hunc mundissimum transtulit deliciarum omnium Paradysum; donans ex nunc libertati nos Filiorũ; ut secum posthàc in gloria conregnemus Beati; suam, facie ad faciem, contuentes Divinitatem, qua æqualis est Patri, cum Quo, Sanctoque simul Spiritu Paracleto, vivit & Regnat Omnium Dominus, ac super omnia omnipotentialiter Deus Benedictus: Amen.

1. Joa 3.2. Hebr. 3.14. Rom. 8.21. 1. Cor. 13. 12.




DE



DE
S. DOMINICO
Prædicatorum Familiæ Patriarcha.

Ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris.
Exodi 4. 12.



VLli dubium *N. N.* Activæ plurimùm Vitam præferri Contemplativam: quippè quæ Angelicæ vitæ similis rationi; haud potest hominis ministerio non præesse: dumque optimam (Veritatis Judicio) Maria sibi partem elegit, ociosa negotiose secùs pedes Magistri sedens, ab sorore, quæ turbata ergà plurima, non nisi satagere circa frequens noverat ministerium: patet liquidò, Actioni Orationē, *a* uti nobi-
Luc 10. 39. 40. lius, præclarius, fructuosius opus, anteire: nec notà licet taxe-
41. tur à Judice, nec verbis porrò reprehendatur à Verbo Marthæ munus: siquidem nisi optimum, valdè bonum; cum & Christi
Gen. 1.31. personam sibi constituerit in obiectum: Quies tamen illius, Quæ Primo omnium Enti, Summoque Bono, contemplando, tacendo, & quiescendo, glutino adhærebat, summis promeruit præconiis decorari. Quę enim Cælitum exercitiis perardenter instando, Cælestis erat effecta concivis; sublimioribus certò, ab sorore, affici necessum erat honoribus. Altissimus quippè Scopus ejus, *b* ad puram, & excellentem Vitæ Divinæ imitationem tendens, sui met ipsius, nè dum exteriorum Curarum, cæterarumque rerum omnium mundi, immemorem red-

a *Consule Ephr. de vit: contempl. tom. 2.* b *Nieremb. vit. Div. c. 2.*

reddebat omninò; proficuè tametsi plurimùm in utroque homine; dum & Anima verbo Saginabatur interius, & exterius honore crevit, quæ credebatur delinquens. Quam enim soror Crimans accusavit, Judex vindicavit excusans; quin imò dum taxatam purgavit, delatam laudans; de optimo vitæ ejus arrepto instituto, quod æternùm non auferretur ab Ea, Martha suaviter increpata, verbis, plurimis commendavit. Quod ex- Luc.10.42.
pendens quidem Ambrosius, increpans & ipse quietem Vituperantes orationis, ociumque abnegantes contemplationis, propter Activæ vitæ stipendia: Agat te (inquit a) desiderium Sapientiæ sicut Mariam. Hoc enim majus, hoc melius, hoc perfectius hoc fructuosius opus: (confundatur ad hæc, Vanos, inutilesque Ecclesiæ Dei, vineæque Arbitrantes Contemplativos) nec propterea ministerii cura à cognitione Verbi Cælestis te avertat: Sed nec item inscitè arguas eos, ociososque judices, Quos vides Sapientiæ studere. Non quidem Martha in bono ministerio objurgationibus reprehenditur; sed Maria, quod meliorem sibi partem elegerit, inrefragabili sententia antefertur. Hæc Ambrosius. Ipse tamen non ambigo, quin Prædicatio, quæ Marthæ munus est non Mariæ, possit quan- Luc.40.43.
doque contemplationi, nè dum æquari, præesse; ubi pro exigentia necessitatis, pro Deo Deus ipse relinquitur, fruitio videlicet contemplationis pro Prædicationis labore; oratione tamen non funditus relegata; sed cum ipsa Prædicatione connexa vicissim, & colligata. Ubi enim Orationi Prædicatio copulatur; sublimiorem, inconfesso est apud omnes, excellentiorem, nobiliorem, fructuosiorem, laudabilioremque vitæ statum in terris non inveniri; dū Christò fruitur cū Mari Peregrinus in valle; Christo que cū Martha servit mortalis Homo.

Habemus planè Peregrinum quem admirari, Hispaniæ decus illud æternum, Calagoritem Dominicum, Prædicatorum cucullatorum gloriosissimum Antesignanum. Qui peculiari planè munere, admirabile hoc connexum est expertus insemetipso: & sublimiori (quod potissimum admiratu) adeò quidē ordine; ut nescias judicare, an potior fuerit ex contemplatione Orator: an altior ex prædicatione: qua clarus: dum eò, per

a *Ambrosi. in cap. 10. Luca lib. 2.*

per assiduam contemplationem, Deo indissolubili adhæsit glutino, quò non possit strictius; eòque Animarum quæstui, per jugem indefessamque Divini verbi Prædicationem, vacavit; ut non valeat ultra valentius. Totũ modò, Deo infirmitatẽ nostram adjuvante, ibimus collimatum; ut et ipsi, admodulum

Matth. 3. 15. nostrum, omnem justitiam impleamus. Quod ut fiat acceptius, Virginem prius cum Angelo salutemus, dicentes corde humili: Ave Maria Gratia Plena.

Exod. 4. 12. *Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. loc. cit.*

Quod ingens ex prædicatione honor exhauriatur: quod onus indè susceptæ Prædicationis sit maximum: quod inexplicabilis prorsus, post prædicationis munus exactum, merces posthàc subsequens appendatur: nullus inficiatur omninò. Quantus honor! Verbi Divini Prædicatores, Consules dici terræ, Principes Populorum, ac Duces, Ecclesiæ Dentes, Cælique nubes adnominari: &(ut cætera generis hujus decora reticeam, propalante Gregorio *a*) Angelos vocitari Patris Æterni? Habẽt porrò Prædicatorum merita, ut terræ Consules vindicentur, dum Cælestis doctrinæ rore oras terræ prefundunt, Pusillanimes

Isai. 35. 4. confortando, instituendo Vecordes, Dubios confirmando, Hærentes instituendo, consolidando Debiles, Omnesque demùm, quos Sol aspicit super terram (ut impleantur horrea) viam docendo; adeò ut non injuria dici possit: non est qui se abscondat à Calore eorum. Rectè igitur (ait Gregorius *b*) Consiliarios, Terræque Consules, Prædicatores accipimus, qui,

Ps. 18. 7. dum suis Auditoribus consilium vitæ præbent, mores hominum inflexos optimè instituunt, ac informant, mentesque hominum terrenas, per exhortationis suæ consilium, ad Cælestia pertrahunt; horrea optimo tritico, multiplicibusque piscibus retia non desinunt cumulare. Porrò hanc Consulatus advertimus potestatem apud Paulum, qui ubi præceptum Domini in aliquibus non habebat, sexum hominum utrumque, consiliis optimis, ad perfectum vitæ statum instituebat; ita ut palàm protestatus fuerit aliquando: & consiliũ in hoc do: hoc enim vobis utile est. Quod quidem & mulieres

2. Cor. 8. 10.

sunt

a *Consulat. in id Gregor. hom. 26. in Evang.* b *Idem Greg. 4 mor. cap. 17. & 11. mor. c. 7.*

sunt in bonum expertæ, dum Virginitatem prius servare nesciebant omninò: De virginibus autem præceptum Domini 1.Cor.7.25.
non habeo; consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Hæc Terræ Consul Paulus. Prædicatores verò, dum hominum perditos mores componunt; dum leges Cælestes promulgant; dum Animos, ne in malum prolabantur, sanctæ exhortationis frœno compescunt, dum Pravos corrigunt; dùm vi adhibita Inflexos revocant, Justitiam regentes, & æquitatem; Reges, ac Principes jure merentur Orbis adnominari. Reges quippè sunt, (Gregorius non declinandus omninò, Qui optimè totum edisserit *a*) dum & commissos sibi rectè disponere, & leges coram Gentibus ac Act.9.15.
Populis promulgare; & sua benè regere sciunt: dumque desideriorum in se temperant motus (quod plurimi faciunt Patres, quam in Orbem ipsum regnare) super subiectis cogitationibus lege virtutis regnant. Regnant itaque, quia regunt homines, ac informant; reformantes eos in novitate Spiritus, Rom.7.6.
secundum exemplar perfectionis Christi. Regnant, quia se Exod.25.
ipsos (ne cum aliis prædicaverint ipsi reprobi efficiantur) di- 40.
strictiori regunt judicio; per aspera jugi vigilantia gradien- 1.Cor.9.27
tes. Ast nec suorum quidem, nec hominum cæterorum infle- Gene.8.21.
xos mores, in malum ab adolescentia semper pronos, vel corrigere possent, vel reformare; nisi dentes, ad conterendam naturæ duritiem, obtinerent. Jurè itaque & dentes Comprædicentur Ecclesiæ, Qui nè dum parvulis panem frangunt, nè suffocentur; sed & vitia item, severa semper mordent reprehentione; molentes Malos, ut boni fiant: quos verò persistentes comprehendunt in malo; & conterunt quidem absque timore, & contundut, atque discerpunt impavidi, à bonis funditùs segregantes, nè hos sua inficiant malignitate Perver- 2. Tim. 2.
si. Timotheo propterea scribens Paulus, (ut & inconfusibilis 15.
evaderet itèm ipse Vineæ operarius, rectè tractans verbum 2.Tim.4.2.
veritatis) in hæc instituit, dicens: Prædica Verbũ, insta opportunè importune: argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Ergò nè non inscitus, qui indoctos esse posse arbitratur Prædicatores? Doctrina porrò, unum est ex Quatuor

V Ele-

a *Greg.4 mor.17.* b *Greg.33.mor.23. Mart. del Rio in c.4.Cant.§.2. dentes.*

Elementis, Prædicatoribus omninò necessariis. Non ergò tam præclarissimo merentur nomine insigniri, nisi Qui & scientiæ sublimitate, & Sanctitate vitæ, & morum integritate,& Claritate Speculationis (quæ non nisi orando, & contemplando
Matth 13. 52. acquiritur) cæteros antecellunt; ut habeant undè possint nova & vetera de thesauro cordis proferre, ac secundum personarum qualitatem temperare sermonem: aliis potum lac dan-
1.Cor 3. 2. tes,non escam; aliis cibum ministrantes solidiorem: omnibus verò speculum, & exemplar se præbentes veræ perfectionis;ita ut dicere possint cum Paulo: imitatores mei estote, sicut &
1.Cor.11.1 ego Christi.Ut autem fiat solidius quod exequimur; dicta roboret sublimis legislator, ac Prædicator ille,qui fructum præ-
Deut.32.2. dicationis expectans: Concrescat (ait) ut pluvia Doctrina mea; fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Quod si imbrem stillant, & aquas super Terræ herbas perfundunt Sancti Prædicatores; ut quid eos Cœli gravidas nubes non dixerimus cum Gregorio? *a* Nubes quippe sunt, Qui multiplici scripturarum imbre gravidantur; ut siccitatis tempore verbis influant super Terram, aquisque Sapientialibus affluant humum. Sed & parum id totum esset,nisi & Angelorum item vocabulo decorarentur Præ-
Malach. 2. 7. cones. siquidem,qui ex accepto Prædicationis ministerio Angelis similantur, inconveniens valdè esset, ut Angelica in-
Joa.1.18. trinsecùs dignitate fulgentes, Angelorum extrinsecùs vocabulo frustarentur. Ubi enim Unigenitus ipse, qui est in sinu
Philip.2.7. Isai.14. Patris(Gregorio teste) *b* Prior id idem munus explevit, homo factus, ex homine natus in mundo, habituque apud nos inventus ut homo;Magni Consilii Angelus ibi continuò meruit nominari. *c* Ergò ubi & homines ipsi mortales,desũpta cedula, ad officium prodeunt Prædicatoris;Angeli ex tunc extemplò, adnominari, comprædicarique merentur. Unusquisque enim vestrum in quantum sufficit, (verba doctissimi loquor Gregorii) *d* in quantum gratiam supernæ aspirationis accepit, si à pravitate proximum revocat, si exhortari ad benè operandum curat, si æternum regnum, sivè supplicium erranti denuntiat, cum Sanctæ denuntiationis verba im-

a *Gregorius 27.mor.19.* b *4.Mor.c.17.* c *Consule item August. tract. 24.in Ioan.* d *Gregor.hom.6.in Evang.*

impendit, profectò Angelus existit. Sed oh utinam! non ad judicium nostrum dicamus: omnes porrò qui Sacerdotii censentur nomine, Angeli vocantur ex Malachia. Labia Sacerdotis (nō enim differunt Sacerdos, & Prędicator: ubi & ad Diaconos itē qui & Verbi benè possunt esse Pręcones, eidē Gregorio placuit extensum iri) labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus; quia Angelus Domini exercituum est. Malach. 2. 7. Apoc. 2. 1.

Quid mirum igitur, quod tanti faciant Illustrem Calagoritem Dominicum ore uno Scriptores: Cùm & ipse, ex Prædicationis, antequam nasceretur, excepto munere, unus extiterit ex his, qui gubernant, quique Præsunt Ecclesiæ, Angelus gloriosus? Cæteros quidem Sanctos Prædicatores, Apostolorum ad instar (quod non est minimum) nonnisi in meridie, sed & nonnullos in vespere, ad Prædicationis delectos novimus munus. Hunc verò Prædicatorum Familię Primicerium, (Alter & ipse Baptista Joannes) adhuc inutero latitantē, electum manè diluculo, munere peculiari, deprædicamus: dum non puerum liquidò intra sua latentem viscera Mater expendit in visu; sed Catulum quendam, faculam accensam in ore gestantē; *a* qua mundus subindè totus videbatur incendi: foretq; Fax Lucis (ad visum excerpta hæc addūt verba *b*) vitæ sanctitate, profunditateque sermonis, orbem per circuitum illuminaturus, canisque latratu abacturus feros lupos: voce videlicet prædicationis pravos hæreticos dispersurus. *c. d.* Id. Mal. 2. 7 Jerem. 1. 5. Tob. 12. 15 Math. 20. 6 Ps. 45. 6.

Et quidem veritas hæc de Cęlo orta est, non de terra; ut exitus ipse probavit. Nam grandiusculus factus, qui Gigas exivit ab Alvo, nobilissimus hic noster Gusmannorū Familiæ Stolo; quonam modo hæreticam esset pravitatem profligaturus, luculento cæpit ex tunc studio, solus pervestigare. Undè litterarum à Patribus Valentiæ traditus studiis, propensiori adeò labore in his curabat in diem proficere: (nè persuasibilibus humanæ Sapientiæ incautus aliquandò cederet verbis) ut penè insomnes omni ævo duceret noctes, quietisque ipsa tēpora (dum medium silentium tenerent omnia) vigiliis largiretur. Quin imo, pravos comprehendens vini effectus; (mini- Ps. 48 12. 1. Cor. 2 4. Sap. 18. 14.

V 2 mus

a *D Anton. 3. p. hist. t. 23. 54.* b *Ferr. ser. 1. de S. Dom.* c *Cron. Prædic. lib. 1. c. 1. 2.* d *Baron. ad ann. Christi 1170 n. 62.*

Eccl. 19. 2. mùm enim eſt, quod apoſtatare faciat Sapientes; nam & ener-
Eph. 5. 18. vatos reddit, & ſal ipſum in Cerebro comprimit Sapientiæ) illud ſibi decennio, ſevero interdixit judicio; nè caro laſciviens ex ætate, ejus itèm potiſſimùm adjutorio; non ſolum mentem à liberalibus artibus, doctriniſque Sapientialibus addiſcendis evocaret, ſed & Corpus itèm cum Anima viribus enervaret omninò; ità ut inhabilis ad opus quodcumq; adhùc juvenis redderetur. Quo factum eſt, ut juvenilia cuncta, cum
Tob. 3. 17. vino ipſo hilarente interſecaret; nemini prorſus in levitate ambulanti ſe participem præbens, animo canus, corpore licet juvenculus: *a* imo factus exindè ſeverior; nè dũ carnis blandientis ſpurcitias, nè dum illecebras generis cujuſcumque, mundique blandientis oblectamenta; ſed & ſæcularia quæque gaudia, (quæ non niſi ſemper in luctu finiri neceſ-
Pro. 14. 13. ſum eſt: extrema gaudii luctus occupat:) ſevero adeò interdictoà ſe funditus ablegavit; ut & Virginitatis decus, ac florem, vernantem ſemper conſervare mereretur, ac illibatum; & Sapientia Cæleſti, ſublimiter adeò; ſcripturarumque multiplici Scientia eò altius decorari; ut cunctis admirantibus ad omnigenerarum culmen ſcientiarum, per ſaltum, non per
2. Reg. 6. gradus omnimodos, pertinxiſſe prædicaretur. Et quia Spiri-
22. tum Divinum habuit informantem; Spiritum, cum ipſis Scientiis ingentem adeò concepit humilitatis; ſuique ipſius extremam adeò abnegationem; ergà verò proximos tam ardentiſſimam Charitatem; in ſe ipſum ſeverum talem rigorem; Deum ergà reverentiam adeò exactiſſimam, ac timorem; ut perfectũ omninò, & conſummatum in omni virtutis gradu, jurè dictitaretur à cunctis: dumque cunctorum ſe ſe ſubiiceret ditioni; cæteris licet nobilior, Sapientior, atque perfectior; omnium prorſus & oculos ad ſe trahebat, & animos; animorum factus Arbiter abſolutus. Porrò mollitiem lecti declinans; morificationis humi cubabar, Amator; ut rigori Philoſophici ſtatus
Thre. 3. 27. carnem ab ipſa aſſueſceret juventute; illud fortè recogitans: Bonum eſt viro cum portaverit jugum à juventute ſua. Undè non mirum, quod fortior indè factus, tota infatigabiliter id idem obſervavit ætate; *b* qui tenellus adhùc juvenculus, tam di-

a *In ſimili Ambroſius de S. Agnete.* b *Conſule Theodoric. apud Sur. in Act. S. Dominici 4. Augſt. to. 6.*

diſtrictis adhæſit aſperitatibus, obſervātiis tā ſublimibus inſtitit ſtudioſus. Si tanta Puſio, Gigas quid exequetur? Habemus, quid amplius admiremur in iiſdē exactis floribus juventutis: nā fame Hiſpaniam opprimente, juvenis ipſe ſummè Charitatiuus, ut actus aliquales in proximos impenderet Charitatis; libros, cæteraſque res omnes ſuas, Egregius Evangelicæ perfectionis Conſummator, perfectuſque nudi Chriſti ſectator nudus, ubi potuit, vendidit feſtinatò; præciumque Pauperibus Fratribus, Fratrum opitulator optimus, erogavit. Quis non adoleſceret, aquis tantis, tantiſque imbribus irrigatus? Humilitate crevit, qui Charitatem, abjectionem, virtuteſque penitus Cæteras, ſibi propoſuerat in obiectum. Crevit planè, & factus eſt citò in arborem magnam; & volucres Cæli requieverunt in ramis ejus. Aperiatur Sigillum. Deſpicabilis adeò in ſuis oculis erat, adeòque copioſam, ex ſuę originis gurgite, humilitatis, confuſionis, ac nihileitatis hauſerat Aquam; ut nō niſi humiliari ſemper, deiici, deſpici, pedibus conteri, contemnique cuperet ab hominibus, Quorum unicè abiectiſſimū, ac peccatorum omnium maximū, omniq; depreſſione, nè dum confuſione digniſſimum ſe extimabat: Sapientis cuſtodiens monitum: quantò major es (licet ſibi ipſi Puſio videretur) humilia te in omnibus & coràm Deo inveniens gratiam. Invenit quidem (nè veritate fruſtraretur) & tantam, planè, coram Deo pariter, & hominibus; ut & Alter deſideratus Gentibus, Filius Accreſcens Joſeph; & Alter ſecundum Cor Dei vir, Rufus pulcher aſpectu, decoraque facie David; (laudum ejus encomiis per omnium ora perſonantibus) ſano, communique vindicaretur judicio; in tantùm, ut ubique penitus deſideraretur præſentià, Qui clariſſimus atque notiſſimus, jamdudum apud omnes Abſens inclaruerat per virtutes.

Math. 19. 2.
Luc. 13. 19.
Apoc. 6. 1.
2. Reg. 6. 22.
Eccl 3. 20.
Ezech. 2. 9.
Geneſ. 49. 22.
1. Reg. 13. 14. 16. 12.
Act. 13. 22.

Fama itaque longe lateque pervolante, magniſque vocibus celebrante, Quem Dominus Dominorum ad magna delegerat exequenda; factum eſt, ut & Oxonienſis Eccleſiæ Præſul (Qui Sancti Spiritus ductu, ſub Auguſtini Regula Canonicos nuper obſtrinxerat, cùm ad hæreticos diſperdendos, [a] earumque hæreticas pravitates conterendum, profligandum,

co-

a *Habes fuſius apud Bzov. ann. Chriſti 1199. num. 26. Sur. 4. Auguſt. lib. 1. cap. 3. Vita.*

confodiendum; tùm ad tuendam pariter, & augendam Rempublicam Christianam) desiderio, sicut & cæteri, succenderetur & ipse, nè dum invisere tantum hominem, sed & inter suos Canonicos regulares accensire, si posset; ut & sibi de tali Filio; Ecclesiæ verò suæ de ministro tàm idoneo provideret: ratus, Hujus unius opere, ac labore (non enim erat ipse, qui loquebatur, sed Spiritus Patris, qui ventura prophetabat per eum) & Vituperones linguæ gladio confodiendos omninò, & Ecclesiæ libertatem à ferinis unguibus vindicandam.

Matth. 10. 20.
Joa. 11. 51.

Adhibito itaque omni studio, Pastor optimus; diù quidem non stetit compos effici voti sui, Qui vota ad omnimodam Dei gloriam dirigebat. Siquidem accersitum Guzmanum Celeberrimum per Epistolam, & annuentem reperit jussionibus, & propensum omninò expertus est desideriis; ità ut brevi commilitonem suorum Regularium Canonicorum haberet, quem ejusdem jampridèm fuisse propositi, fama noverat Celebrante. Regularis igitur factus Canonicus, luce Sapientiæ clarus, fervoreque Charitis ignitus, Dominicus noster Hispanus; quam diù, Zelator optimus, mente tractarat; Opere, fidelis servus ac Prudens, hæreticorum dispersionem sedulò cæpit implere festinus. Verumtamen Prædicatoris maximi sententiam nō ignorans:[a] ut serveur Veritas prædicandi, teneatur necesse est altitudo vivendi: siquidem Cujus vita despicitur; restat, ut & Prædicatio contemnatur: Ac si verè nec primum adhùc apicem cognovisset perfectionis, nec gradum ipsum novissimum conscendisset Virtutis; eò summæ se mancipavit perfectioni strictius; eòque altius, ac sublimius cursum posthac vivendi direxit: (Ego dixi nunc cępi) à studio orationis, contemplationis, Sacræque lectionis, nec momentò deflectens; ut tanquam lucerna ardens, ac Lucens; uti Sol inter Stellas cominùs emicaret: Omnibus, nè dum Canonicis Fratribus vitæ Speculum, consummatæque perfectionis, ac sanctitudinis (domus enim Dei erat, ac Templum; Domum Domini decebat Sanctitudo:) factus exemplar. Odorem quippe dabat suavitatis, fragrantissima summeque odorifera ejus vita, tanquam odorem agri pleni, cui benedixit Dominus; adeò ut omnibus per circuitum & delectationis esset, & utilitatis; Qui nun-

3. Reg. 8. 18.
Matth. 24. 25.
Ps. 76. 11.
Joa. 5. 35.
Ps. 92. 5.
Eccl. 24. 20
Genes. 27. 27.

a Greg. hom. 11. in Ezech.

nunquam penitus ab omnium utilitate deflexit; studens quoti lie, quonam modo & Domino Deo suo placeret, & hominibus, servus, posset opitulari. Ut autem primum exequeretur tanto vinctus tenebatur amore, semper orare & non deficere; Luc. 18. 1.
tantisque macerationibus, crebrisque sævissimis cruciatibus corporis exagitabat jumentum; ut mirum, quomodò naturæ fragilitas non deflexerit, sarcina tanti ponderis pressa. Ut verò alteri satisfaceret, assiduis tantis hærebat laboribus; ut hæreas, an temporis quidquam sibi impenderit aliquãdò, Qui nunquam penitus à labore feriatus vacabat. Ubi autem corpus suum pœnitentiis plurimùm expendebat confectum; & jejuniis excruciabat severius, & vigiliis rigidius macerabat; ut & disceret compati, patiens; & grave sibi non esset legis ditionibus se subiicere. Undè aliis optimum semen parans; uberrimam sibi congregabat & frugem: Christi perfectissimus imitator factus; Qui eò perfectior Prædicator (ut homo) prodivit in publicum, quò instantius ante hàc macerationibus cõfici longo noverat ævo. Prius ideò cæpit & ipse cum Christo Act. 1. 1.
facere, quam docere; ut per pœnitentiam castigatus, pœni- Marc. 1. 4.
tentiam ipsam in remissionem peccatorum, ut à peccatis redimerentur, Populis ac Gentibus validius prædicaret.

Ast descendamus paulisper, necesse est, cũ ipso nunc in arenã; ut (satisfacientes utcumque promissis) ex ipsius, in Prædicatione, sudoribus ac laboribus exanthlatis; quam grande sit ac onorosum omninò Prædicationis superlaudabile munus, clarè percipiamus; sicque oneris ad mensuram honorem ac præmium ipsum ingens Prædicatoribus justè paratum (non enim coronabitur nisi qui legitimè cartaverit) sole ipso dilucidiùs coniiciemus exindè. Ebulliebat per id tempus (Historiogra- 2. Tim. 2. 5
phis testibus *a*) apud Tolosam in Galliis, Albigentium hæreticorum virus; pestifer cujus halitus, nè dum miseros miserabiliter infecerat Tolosanos, sed undique per circuitum serpens 17.
ut cancer, multas itidem Galliarum Regiones sensim labefactarat; ita ut totius Corporis non injuria, excidium irreparabile timeretur. Veritus eàpropter Petri successor in Regno, Innocentius nominis hujus III. nè à favilla inceptus ignis Isai. 1. 31.
excrescens, totam brevi, sylvam incenderet; totã videlicet nè Jacob. 3. 5.
dum Gallicanam, sed & Romanam Ecclesiam, abominabilis pestis

a *Baron ad annum Christi 1195. Tarcagn. & Tursell. ibid.*

pestis inficeret; impensiori quo poterat studio, optimus Animarum Pastor, principiis obstare curavit: (Principiis obsta, serò medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras: *a*) hujusque inficiantis Zizaniæ pravos seminatores, nisi quantocyùs corriperentur, & perpetuo censuit anathemate damnari, & ab Ecclesiæ communione (membra verè putrida) radicirus abscindi, ac segregari: Apostoli, imò & Christi, in id parens mandatis: Hæreticum hominem, post unam & secundam correprionem, devita; sitque tibi (tunc potissimùm cùm Ecclesiam non audierit) sicut Ethnicus, & Publicanus. subversus enim est, qui ejusmodi est, jam deliquit; proprio judicio condemnatus. Ut igitur, Spiritu dictante, optimum conceptum judicium, Rector Maximus quamprimùm exequeretur, Cistercienfem Abbatem quendam, (duobus Fontis Frigidi comitibus monachis) Apostolicæ sedis legatos, amplissimis facultatibus fultos, omnimodaque Sedis potestate munitos, festinos illùc transmisit, *b* datis jammodo literis ad Equensem, Sennonensem, Arelatensem, ac Narbonensem Archiepiscopos, Eorumque suffraganeos; itemque ad ipsum Galliarum Regem Philippum; ut adversus eosdem Zizaniæ hæreticalis disseminatores, collectis utriusque fori viribus, vires protenderent, ac dimicarent viriliter; omnemque ad eos funditus disperdendos, conterendos, profligandos omninò, Legatis opem afferrent; nè manifestis viderentur erroribus eorum communicare; illis obviare, zizaniamque eorum pessimam radicitus extirpare quantocyùs, desinentes.

Tit. 3. 10. Matth. 18. 17. Tit. 3. 11.

Ex hac itaque Summi Pastoris legatione Pastor Oxoniensis occasionẽ arripiens, Zelum & ipse suũ, ostẽdere cùm in tuendã Catholicam Fidem, tùm in Fidei Errones suos oculeos protendẽdo: expeditus jammodo ex Altera in Marchiam Alphonsi Regis Castiliæ Legatione: *c* Dominico nostro Guzmano itineris jamdudum sibi adjuncto comite (cujus quidem jam præostenderat Deus virtutem, dum Tolesanum quendam consummatę famæ hæreticum, *d* primum messis ejus fructum, jampridem reduxerat pœnitentem) se se Apostolicę Sedis Legatis, Con-

a *Ovid. lib. 1. de remed.* b *Consule Bzov. ann. 1204. num. 22. tom. 13. annal. Eccles.* c *Bzovi. ann. 1199. num 26.* d *Sur. lib. 1. vita cap. 5. tom. 4.*

Concilium apud Montem Pessulanum, multis sibi associatis & Abbatibus & Prælatis, celebrantibus; & Commilitonem præbuit, & in cunctis, ad extirpandos hæreticos, promptum Opitulatorem. Cujus planè consiliis omnes parentes, unanimi fuit conclusum judicio; labori haud quaquam posthàc parcendum, ut & disseminati omninò eradicarentur errores; & Errones, sivè precibus, sivè minis, sivè terroribus, sivè promissis, vel vi adhibita, ubi opus esset, ad ovile reducerentur. Ut verò exemplum perfectæ darent humilitatis, Cultores Evangelici; à semetipsis primùm circumcisionem incipientes, deposito comitantis familiæ fastu, omnique calcato protinus apparatu; pagos omnes, ac loca, pestifero infecta morbo, pœnitentiam inculcantes ubique, Evangeliique Fidem & dogmata prædicantes: pedestres circuire cœperunt, humillimi Jesu humiles sectatores. Horum igitur unus, præcipuaque inter omnes Sanctitate conspicuus, Canonicus noster Regularis Dominicus, in Cultura tantò se valentius exercebat, quantò sub limiorem præ cæteris Spiritum & Virtutem sortitus erat: labori propterea cuipiam haud parcens; crebras de die ad Populum de Fidei articulis conciones habebat; nocte verò solus Exod. 19.3
cum solo Deo, Moses Alter, in Monte contemplationis constitutus, orando familiariter versabatur; doctrinæ, quà in diurnis congressibus hæreticos erat confusurus, è perennò Divinæ Sapientiæ fonte hauriens Aquam. Quid mirum ergò, quod victor in disputationibus cunctis semper evaserit, qui non semet ipsum ore vesano (uti Pseudo Prædicatores tempestatis hujus non pauci, damnabiliter assolent) sed Christum 1. Cor. 1. 23.
Crucifixum, Sapientia edocente, Corde verè contrito, & humiliato, oreque summè veridico, impreteritè prædicabat: Domino cooperante, ac sermonem confirmante, sequentibus signis? Quid mirum, quod fructus, præ cæteris, uberiores semper reportarit ex messe; dum castigans corpus suum, & in servitutem redigens; id idem, quod aliis prædicabat, in se perfectiori thema te exprimebat? Discant Prædicatores Verbi, quid operentur: dùm nos interim signa, quibus & confudit Oppugnatores fidei, & Fidem, propugnaculis semper munitam, mirifice confirmavit, verbis sumus propalaturi.

Ps. 50.19. Marc 16. 20. 1. Cor. 9. 27.

Protracta quodam die cum Hæreticis disputatione ad lon-

gas horas; moræ impatiens, Qui Dei Spiritu agebatur Domi-
Luc. 3.7. nicus: Eja, inquit, *a* agite nunc Muriores insciti, vera genimina viperarum, aut palinodiam canite, aut ignibus concepta nostra dogmata scripto, tradamus palàm; quorum ignis non voraverit librum; hũc veneremur; hic teneatur pro Vero, ejus sit firma fides; ipse sit Victor. Conscripsere invicem; non abnuentes Impii, nescio quo fundamento securi, cuive confisi stabilitati: ignibusque posthæc conscriptos, judicibus Præsidentibus deputatis, commendarunt utrique. *b* Projectus est tamen prior, impiis conspurcatus dogmatibus, Hæreticorum conceptus libellus; quem ignis statim atque corripuit, redegit in cineres. Projecit, lucis Characteribus consignatum, Divinisq; sanctionibus ac Cælesti virtute munitum, Dominicus posteriorem; quem ut excepit Ignis (mira quidem res! Sed quid mirum, ubi pro veritate pugnat Omnipotentia?) continuò flammas retrahens, naturali compresso impetu devorandi, lucidiorem reddidit, quem tenebrosis confarcinatum erroribus comprædicarant Errones. Hæreticorum confusioni confusionem, lætitiam verò lætitiæ fidelium superaddidit, veritatique Fidem multiplicem iterata bina posthæc conjectio, atque è flammis evasio Divini ejusdem Sole ipso lucidioris libelli: ab erroribus tamen, ac dogmatibus suis pessimis corripi non valentes hæretici; (stupidi licet nè dum confusi remansissent omninò) eò evasere pejores, ac in Authorem tantæ eorum verecundiæ furentiores, quò gloriosiorem ob id Adversarium ipsum coniiciebant; cujus opera, ni funditus enervatam, debilitatam sanè plurimùm sectam propriam deplorabant. Facti itaquè ex perlata jactura audaciores, copiosiorem Dominico patiendi materiam præbuere. Quas enim contradictiones Hic non pertulit consequenter: quas non sustinuit persecutiones, cavillationes, dejectiones: quæ impropria, quæ scommata, quę non sustulit à confutatis hæreticis maledicta posthæc Gusmanus? Quibus non fuit subindè lacessitus injuriis, ictibus laniatus, tribulationibus castigatus, Castigator ipse acerrimus vitiorum, Fidei Zelator strenuus; Hęreseos Oppugnator invictus, Catholicæque veritatis Propagator, ac Propu-
2. Cor. 11. 17. gnator Egregius? In laboribus plurimis; in carceribus abundan-

a *Habes in Cron. Pradic. lib. 1.* b *Consule Sur. in Act. S. Dom. 4. August.*

dantiùs; in plagis supra modum, in mortibus oppidò fuit 2. Cor. 11.
& Ipse cum Apostolo constitutus frequenter. In labore, & 27.
ærumna; in vigiliis multis, in fame; & siti; in jejuniis, in castigatione in frigore semper fuit & nuditate: coactus hinc inde pervius peragrare. In omnibus tribulationem est passus, sed non propterea angustiatus; depauperatus, sed non destitutus, persecutionibus divexatus immaniter, sed non derelictus; dejectus, non tamen, periit; quin imò, & tribulatus, angustiatus, irrisus, phlegmatibus impetitus; luto, cœnoq; cæterisque vituperiis affectus; verberatus, incarceratus; insidiisque plurimis ad cædem usque perductus: gaudens, alacer ibat atque festivus, exultabatque Spiritu plurimùm, ac lætabatur, quoniã dignus habitus esset pro nomine Jesu cõtumelias pati: fide prænoscens: quod in præsenti est momentaneum ac leve tribulationis, supra modum in sublimitate æternum operari, ac promereri gloriæ pondus. Eò ideò ex cõflictibus surgebat Alacrior, quò ex Malignatium perfidia contundebatur atrociùs. Ast non est cur virtutem admiremini tantam: non enim ipse erat; sed Spiritus Patris, qui & loquebatur, & cuncta operabatur in Eo. Summus enim Pater Onnipotens (qui ad supereminens tale munus delegerat; Quique à juventute Eũ docuerat; dicens adhùc infantulo (dixerim adhùc ex utero) ad omnia, quæ mittam te ibis; & Universa quæcumque mandavero tibi loqueris. Ecce dedi verba mea in ore tuo: quin imò & Ego ipse Qui loquor tecũ: Ego ego ero in ore tuo, doceboq; te quid loquaris. Nõ timebis propterea timorẽ inimicorũ: ubi tecum Ego ero in omnibus, ad quęcunque perrexeris; ut ex imminentibus malis ervamte: virtuteque indueris ex alto, ut fortia quæque confundas:) summus, inquam, Pater omnipotens, virtutem tanto muneri obeundo æquivalentem adamantino ejus indidit pectori, ut optimè quod erat aggressũrus, exequeretur. Esuriens propterea, Alter Paulus Prædicator egregius, ac sitiens; denudatus, & colaphis cæsus; maledictus, & exprobratus, persecutus, & blasphematus; ac tanquam purgamentum mundi hujus factus omnium peripsema: nesciebat omninò malum pro malo, maledictum reddere itèm pro maledicto; sive maledicentes remaledicere, sivè percutientibus, persequentibus, calumniantibus mala precari: quin potius

2. Cor. 4. 8.
Act. 5. 41.
2. Cor. 4. 17
Act. 1. 11.
Matth. 10. 20.
Ps. 70. 17.
Jerem. 1. 7.
Jerem 1. 9.
Isai. 51. 6.
Exod. 4. 12.
Isai. 8. 12.
Josu. 1. 9.
Luc. 24 49.
1 Cor. 1. 27
4. 11.
12.
13.
Rom. 12. 17.
1 Petr. 3. 9.
Isa. 53. 12.

procunctis Amicis pariter, & inimicis, Deum propitium exo-
Prov. 13. 21. rare; pro Amicis inquam Benefactoribus: retribuere, dicens,
omnibus Domine nobis bona facientibus propter nomen Sā-
Luc. 6. 28. ctum tuum vitam æternam:proque malefacientibus inimicis,
Act. 7. 59. Exod. 32. 32. positis semper genibus clamans: Domine, nè statuas illis hoc
peccatum: ignosce Domine, ignosce; quod si non ignoscis,
Luc 23. 34 dele me delibro tuo:non enim patior mala videre tuo sangui-
1. Cor. 2. 8. ne Redemptorum:non enim sciunt ipsi quid faciunt; quod si
fortassis scirent, Te in tuò servo nec persequerentur omninò,
nec blasphemarent; sed nec contumeliis (ut expendis) affe-
ctum, occidere quæritarent. Faciant igitur quicquid velint,
animo dissecentur, ut lubet, irascantur, sæviant, efferentur,
Ps. 101. 28. suaque in me, ad suæ voluntatis arbitrium, sęviora exerceant
offendicula, tormenta, Sævi, expleant truciora; Ipse verò idē
semper ero, Te protegente, adversa tolerans, inter aspera pa-
tiens, fortis jugiter licet tortus: virtusque ipsa mea non defi-
ciet, contritus licet, nè dum conterritus ab inimicis tuis, ac
tribulatus: tantùm Tu me tutare, & securus semper, ac salvus
ero, Fidelis servus.

Igitur optimè merito parente optimo Valerio Oxoniensi
4. Reg. 2. 9. Præsule ejus magistro, cujus Spiritum duplicem, Eliseus ipse,
assecutus jammodo erat ex gratia, è vivis subducto, morien-
tium terra relicta, ut Terram Glorificatus indè possideret Vi-
ventium: nec destitit, animo forsan ob id contractus, di-
scipulus Athleta Dominicus ab incœpro; nec moram, fortior
Evangelii Tibicen factus atque constantior, interposuit de-
mandato sibi operi aliqualem: quinimò: virtute, jammodo
Luc. 24. 49 ut præmisimus, indutus ex alto; non sibi, sed Deo fidens om-
ninò; totam Albigentium debellandorum Provinciam supra
dorsum suum nouus Athlas, ni Athlanti veteri nouus suffe-
ctus Alcides, assumpsit; Cruce signatorum, Pontificis jussu, Dux
ac Vexillifer factus. Quæ autem explerit Crucis Prædicator
Luc. 24. 19 eximius; quanta fecerit, opere prædicans & sermone, potens
veraciter in utroque; Quæ fuerit exequutus Executor testamē-
ti optimus; Quantùm fructificarit exindè, Cultor vineæ im-
piger, Egregius Domini minister Dominicus: messis in hor-
reis reportata, Pisces in retibus conclusi, fructus repositi in
Cælestibus Receptaculis ipsi testantur; ipsi consulantur omni-
nò.

nò. Ex me interim tantùm scituri, quod perardenter adeò,
adeòque pervigili cura, labore, diligentia, studio, spiritu, zelo, fervore (nihil omninò sibi quietis indulgens, nisi quantū Luc.6 12.
in oratione pernoctans, contemplationis in sinu quiescebat pacatus) munus suum est prosecutus; ut totum penè sanitati redderet (Alterū planè admirabilē noscimus Thaumaturgū; *a* qui susceptæ prædicationis, dignitatisque Episcopalis tempore, septem tantum & decem, millenos inter infideles, dispersos invenerat Christianos; totidemque numeratò, Prædicatoris, atque Episcopi vice peracta, inter millia millium Christum confitentium, Messor optimus, Pastor egregius, Bellator strenuus, infideles reliquit,) ut inquam totum penè, ab Hallucinatis Vituperonibus jampridem infectum Gregem, sanitati redderet, Cultor vineæ. Factus autem ex fructibus Avidior: Pro.31.18.
videns quod bona esset negatiatio ejus: ex lucro factus item Ardentior, Constantior in labore quidem ex messe: totam si possibile foret, vineam excolendi; à loliis, à Spinis, ab immunditiis mundaturus utcumque; luculentiori quò ante studio, modum cœpit exquirere inquietus: si forte infidelitate funditus, omnique hæresi profligata, ejus opere, Fidei ubique Rom. 14.
Terrarum erigi mereretur vexillum: Crucifixoque Jesu omne 11.
penitus genuflecteretur, omnisque lingua confiteretur ubiq; Phili.2.10.
quod ad Dexteram Patris sedeat Homo Deus, exaltatus ex 11.
Cruce. Cogitavit itaque, Sapiens Architectus Ordinis cujus- 12.
dam jacere fundamenta (ut excerpsimus ex Ferrerio) *b* Qui Fra- 1.Cor.3 30
trum diceretur Prædicatorum; ut nullibi Propugnatores non haberet Ecclesia; nullibi oppugnatores, expugnatores, profligatores, Hæretici non haberent; nullibi infidelium cæcitas, cæcorum Turba Duces non haberet, ac Præceptores. Concepit planè, & peperit: quem autem Spiritu conceperat in- Luc. 1. 31.
spirante, Fœtum oppidò gloriosissimum eodem peperit protegente: Fœtum porrò fragrantis adeò parturivit odoris; ut Eccl.24.20
per Orbem Universum diffusus, nares omnium suavitatis re- Gen.3. 16.
pleret odore: de quo Pater Dominicus, post multiplices par- 27.27.
tus dolores, gloriatus omninò: Ecce, ait, odor filii mei, sicut odor Agri pleni, cui Benedixit Dominus, quem ego in dolori-

a *Consule Nyssenum Basilium cæterosque quos citat Bar. in annot. ad martyr. 17. Novembris, & Ribad. in vit. Gregor. Thaumatur.* b *Ferrer. serm. 1. de S. Domin.*

35.18. ribus parturivi, cunctas (Deo gratias) illustrat Ecclesias, Regiones cunctas perlustrat; omnibus placens: cujus opera, una
Eph.4.5. Fides, unus Deus, unum Baptisma teneatur ubique, una Crux adoretur, uni Christo credatur, salvarique speretur ab uno; credimus, & speramus.

Annuente itaque Summo totius Ecclesiæ Capite Honorio, nominis hujus III. Innocētii successore *a* Qui quidē, nè supplicātis Dominici votis abnueret, in visu fuit admonitus: Basilica Lateranēsi lapsante: atqui humeris Dominici, & Francisci suppositis, reparata: sexdecim sibi primùm; propositi ejusdem adjunxit socios; quibus & Divi Augustini regulam, quam Canonicus ipse profitebatur, (Pater enim, procreatis ex utero Natis, Patris testamentum & regulam commendare debebat) tradidit observandam, & Fratrum Prædicatorum nomen (ex Pon-
Marc. 16. tificia itèm inscriptione,) anno Virginei Partus instante 1215
15. Ascitis commilitonibus Princeps indidit, imposuit Pater;
2. Thes. 3. Evangelii Prædicationem, verbique per Mundum universum
13. dissaminationem injungens; ad Pontificis, suæque mentis, jamdudum optimè conceptum propositum; ut omnibus benefacerent prædicando, qui Predicatorum nomine censebantur. Sequenti verò Romam concedens Anno, confirmationem Fundati Ordinis petiturus; nè Benedictionis Vicegentis Dei
Luc. 12. 32 defectu, brevi, pusillus aggregatus Grex deperiret: antequàm sui compos fieret voti (deludans interim apud Romanam Curiam; Diabolo impediente, tantumque Animorum quæstum pro viribus adversante:) orationi in Ecclesia Dei, ut moris erat, cæteris diebus ferventius, quodam die plurimùm persistens annisus: Filium Patris iratum sibi contigit per visum vi-
Act. 10. 3. dere, triaque manu gestantem jacula; *b* quorum uno Superbos, Carnales altero, tertio dispersurus erat Avaros: carnem delens ex mundo hominis peccatricem. Heu! Quis tantam effugisset cladem in carne positus Homo? Mundi planè totius ever-
1. Joa. 2. 16 sionem, istud indicabat flagellum; si Joanni concredatur, ut decet: omne quod est in mundo, dicenti, concupiscentia Carnis

a *Bzov. ann. 1215. num. 6.* b *Consule Actus omn. Divi Dominici, qui concorditer omnes. Et apud supra dictum Bzov. ann. 1216. num. 10. f. 240. tom. 13.*

nis eſt,concupiſcentia oculorum , vel ſuperbia vitæ . Quam quidem Orbis totius Cladem Univerſalem Virginum Santiſs. Primiceria , totiuſque Orbis ejuſdem Regina , precibus averſura: Filium proſtrata rogitans , Dominicum pariter & Franciſcum, acceptiſſimos ſervulos , Judici demonſtravit irato: Fili(dicens humiliata) placare quæſo per Horum merita , Quorum ab æterno & præſciviſti Fidem,& nomina cognoviſti, & approbaſti virturem. Iſti enim ſunt duo Olivæ : & duo Candelabra, quorum opera & convulſa in terris , & collapſa Pietas,te protegente,reſtituetur;Eorumq;labore, Prædicatione pariter & virtutibus , convertentur ad te omnes Gentes. Placatus ad hæc illicò Judex, ac delinitus ; manum ad feriendum paratam extemplò continuit; jaculaque deponens , ſententiam revocavit;Humano Generi conciliatus omninò. Ubi verò ſequenti die Franciſcum ſocium offendit Dominicus ipſe: mutua in invicem Charitate ſe complectentes ; Alter Alterum non cognoſcens, niſi in Spiritu: ſtemus ſimul(Frater ad Fratrem ait)& nemo Adverſariorum ergà nos prævalebit. Indèq;obtenta ab eodem Honorio ſui Ordinis confirmatione; Apoſtolorum Principes oranti iterum Dominico apparentes in viſu: Baculum Primus , Alter librum apertum porrexerunt Miniſtro: a Abi(injungentes) & Prædica: hoc enim tibi à Deo demandatum eſt miniſteriũ. Abiit Ille,evolatis jammodo Iſtis ad ſuas ſedes extemplò: Fratribuſque Toloſam reviſis , Eiſque iterum Prædicandi injuncto onere,à jugi & ipſe Prædicatione, ſignis miraculiſque intertextis innumeris ; ad exitum uſque dierum infatigabilis nuſquam deſtitit Operarius:donec vocatus à Deo, palmam laborum immarceſcibilem accepturus,reſpondit: ad ſum. Cautus ergò de morte per Nuncium , Patris miniſtrum;condito teſtamento: Paupertatem , Obedientiam, Caſtitatem, divitias nempè ſalutis , opes nunquam penitus perituras, Theſauros verè Cæleſtes,quos non tinea demolitur, non furantur & Fures:Fratribus , Filiiſque legavit. Indèque ardentes manu geſtans lucernas , oleo perfectiſſimæ Charitatis, omnigenarumque cæterarum virtutum ad ſummum uſq; repletas,Dominum Deum ſuum pervigil ſemper exorans:Spõſum ſtatuto die expectabat anhælans. Venit Remunerator

Exod. 39. Joa. 12. 13. 18 Apoc. 11. Exod. 3. 5. Matt. 6. 20 Luc. 12. 35 Matth. 25. 21.

Æter-

a Bzov. ann. 1216. num. 9. & 10.



DE
S. FRANCISCO
Assinate Minorum Patriarcha.

Pauperem quidem Vitam gerimus, sed habebimus multa bona, si timuerimus Deum. Tobiæ 4.



Ingula Paupertatis, per capita, recensere decora, nec Opus diei est, nec fragili rudique peniculo demandandum. Multa quidem nobis opus esset industria, multo planè tempore, ac labore, quinimò novis indigeremus calculis, ubi singula hæc minutatim vellemus exactius supputare. Quid enim, quod vastissimum magis occupet Scripturarum volumē: quid, quod plurimi faciant Instrumēti utriusq; scriptores: quid, quod in utroq; verbis luculentioribus, gravioribusq; commendetur frequentius testamento, naturali hac Verbi Breviati, ejusdem Partus Sorore, Paupertate? Nisi volumus in commissum incidere, credamus necessum est Evangelio, ubi ait: & peperit Filium suum primogenitum. Si ergò de Christi primogenitura mentio facta; ubi est, Quem secundò genuit Mater? Virgo peperit; Virgo permansit; Virgo fuit, & Mater: Quis ergò fœtus ejus secundus? Paupertas planè Virginis Matris secundò genita perhibetur; nō autem post partū Primi generans iteratò, ut hanc secundò pareret; sed eodem penitus illo, quo & genuit, & peperit Primogenitum. Hanc ideò in tantùm indè toto vitæ decursu, uti Sororem lectissimam, Primogenitus ipse Qui est in sinu Patris, adamavit ardentèr; Joa.1.18.

Rom.9.28.

Luc.2.7.

ut,nè momentò quidem sejungeretur ab illa; multa perpeti, eaque propè modum infensa, patientissimè tolerarit; ità ut nec haberet, Qui Dominus erat Universorum, undè caput suum reclinaret, mendicus. Novimus, porrò Angelorum Regem, summis ab Angelorum innumerabili Cœtu Præconiis
Luc.2.13. celebratum: & subitò facta est cum Angelo multitudo Cælestis exercitus, laudantiū Deū,& dicentiū:Gloria in Altissimis Deò. At quãdo? Mox ut Virginis exilivit ex Alvo,sorore comite
Joa 1.14. Paupertate, factus homo: Et Verbū Caro factū est, & habita-
Apoc. 17.14. vit in nobis. Expendimus Regem Regum, & Dominum do-
Hebr. 1. 6. minantium ab Orientalibus Regibus adoratum: Et adorent
Ps.71 10. eum omnes Reges Terræ: Reges Arabum & Saba dona ad-
Matt.2.11. ducent. At ubi? In Throno positum Paupertatis: Et intrantes Domum(domum quidem, non Aulam; stabulum jumentorum non Regiam; casam pauperrimam,non auro, argento, fericis Palatiū exornatū:) & intrantes domum invenerunt Puerum cū Maria matre ejus,& procidentes adoraverunt Eum.Quid autē? Ubi Christū adoraverunt in paupertate;an non Paupertas ipsa verè adoratur in Christo, ita ut adorabilis justo titulo dici possit? Vindicet Doctus. Pastorum lætas utcumque hausimus
Luc. 2. 15. voces: transeamus usque Beth-lehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Num adorare Eum venientes festini,aliò repererunt, quàm in pau-
Enim 16. perrimò palearum reclinatorio?Contestor Evangelistã: & venerunt festinantes, & invenerunt Infantem Positum in Præse-
Ps. 114 3. pio. Magnus Dominus, fatur Propheta, & magnitudinis ejus
47.2. non est finis. Num veritati poterimus contraire?Nihil verius:
Dan.3. 52. magnus planè, ac laudabilis nimis; gloriosus & super exaltatus in sæcula: dum collaudatur ab Angelis; à Regibus adoratur, colitur à Pastoribus:à Cælitibus simul pariter,& Terrigenis(Cælestia enim & terrena pariter moderatur,a dudū nobis datus, nobis natus, Parvulus Jesus,ubiquè magnus) una voce, Rex Imperator, Summus Universorum Dominus, comprædi-
Ps.71.8. catur. Benè omnia. Veruntamèn Quæ magnitudinis ejus insignia? Quæ Universalis ejus dominii (dominabitur à mari usque ad mare) consignata decora? Quæ Potestatis Regiæ
Luc.2.7. Fasces? Fascium nonnisi certò pannositas, halitus jumentorū, sta-

a *Orat.Eccles.*

stabulum, Præsepe, fœnum; summa omnium rerum inopia, egestas summa, summa mendicitas. Confundantur ergò ac Ps.39.15. revereantur, Qui paupertatem mundo dicunt exosam, hominibus contemptibilem, cunctis Populis onerosam: dum & Summæ Sapientiæ; Quo sapientior nemo, & Sapientioribus 18. terræ hominibus eò usque comprehendimus Charam, ut dominium ipsum Terræ, pro ea possidenda commutarint lubentes. Longum esset profectò, valdeque laboriosum, ad calculum revocare, Quos legimus, Paupertatis Amore, infulas, Fasces, insignia, ornamentaque Regalia projecisse; una Paupertate contenti, ut divites essent omninò. Sat est novisse, quod attestamur: sunt enim libri, leguntur. *a* Agamus modò raptim ac breviter speculari, Quid nam Assinatem, Præclarissimum Minorum Antegonistam; quid nobilissimos tot, ac insignissimos ejus Sectatores, extimularit ad amplexandam districtissimam Paupertatem talem; ut ipsi præ militantibus cæteris in Ecclesia, & Pauperiores Christi commilitones, æquo judicio, vindicentur; & veraciores Christi ejusdem vexilliferi Fratres? Nè autem, insalutata Deipera Directrice, futiliter, quod aggredimur, exequamur; illam humiles veneremur primariò, per quam bona omnia non ambigimus nobis donari; salutātes cum Arcangelo: Ave Maria.

Pauperem quidem vitam gerimus, sed habebimus multa bona. loco præallegato.

Gentilis, impolitos edocentis Gentiles, expolitosque Dei docibiles admonentis, Senecæ, mundi totius Rectoris quondā Magistri, vox illa est: *a* longum iter per præcepta; breve, & efficax per exempla: Exempla enim informant; Præcepta suadent; eòque efficacius pertrahunt, quò alliciunt solicitius. Siquidem & præceptiva vox ipsa auribus tinniens; homines, Qui oculis potius, quàm auribus testibus credunt; non tàm potenter exstimulat, quàm parens operis consummatio; quæ & ferventes, nè aliquādò torpescant, cōmonet pariter & hortatur; & desidiosos increpat, nè marcescant. Clavigeri eapropter Æthærei gloriosus ille successor Leo, *b* qui & vocis porrò rugitu, & præstantia meritorum, jurè Magnus ex nomine (Leo fortissimus Bestiarum:) Fidelibus suę tempestatis scribens: Pro.30.30.

a *August. serm. 139. de temp.* b *Seneca Epist. 6.* c *Leo PP. Ser. de jejun.*

Joa.6.45.

validiora (ait) exempla vindicantur omninò, quàm verba; & plenius ac valentius, opere docetur, quàm voce. Ideo Magister ipse omnium, mundique Salvator Jesus, exemplis plurimum suaderi homines noscens, quàm verbis; Verba publicus Prædicator Maximus, tres tantum habuit annos; exemplis verò toto vitæ decursu, optima quæque operans eminenter, Mundum Magister Bonus, instruxit, instituit,
Act. 1. 3. informavit. *a* Indè Lucas Evangelista: Cępit (ait) Jesus facere, & Docere: triennio videlicet ea docens, Quæ trino decennio in Scholà didicerat Patris, cujus Divini Pectoris Sapientiam, Sapientia ipse Divina, hauserat ab æterno.

Nec abs re, exemplis porrò pluris proficitur (collimabat solertèr Ambrosius *b*) quàm verbis; plurisvè oculis deferunt homines, quàm auribus: quoniam nec humanas excedens vires, difficile licet, quod jam factum est, æstimatur; nec non nisi utile, quod probatũ: quin imo Religiosum omninò, quod hæreditario quodam Paternæ virtutis usu in nos est successione transfusum: dùm è contrario, & verbis multa possunt
Matth. 23. 4. enuciari, præcipiq; importabilia factu, (quod in Pharisæis potissimùm novimus adimpletum; dicente Domino: alligant onera importabilia & imponunt in humeros hominum, ipsi autem digito suo nolunt ea movere:) & auribus multa possunt percipi, oculis improbata: quod exactum attestamur in iis, quæ oculus vidit nunquam, Auris percepit pluries iterato relata chartis. At quanti inveniuntur, qui dum audiunt,
Matth. 13. 14. audita eadem non percipiunt! Quanti, qui quotidianis in-
Isai. 6. 9. struuntur exemplis; sed videntes non vident; cæci omninò,
Matth. 15. 14. Duces cæcorum; habiti tametsi apud homines oculati? Quanti demùm sunt, qui & audiendo percipiunt, & exardescunt
Ezec. 1. 18. instructi, optimè discernentes quæ vident, oculis pleni: *c* mox verò suppressi desidia; aures pariter amittentes & oculos; indè torpescunt in opere? Innumeros dixerim: at numerent Oculati. Non autem ex his Unus Franciscus noster præclarissimus Assisinus; Qui tametsi opulentia enutritus; mercaturæ implicatibus negotiis deputatus, carnis juvenilibus desideriis ille-
Ps 118. 61. ctus; spinis septus nõ mediocrũ fortunarũ; funiculisq; tenacissimis

a *Consulat. Ambros. super Epist. ad Cor 1. c. 4. tr. 5.* b *Id. Ambros. lib. 2. de Virg to. 1.* c *Pro simili consulat. Gregor. hom 18. in Evang.*

mis ipsis circumplexus Bonorum: ut cognovit, ut præsensit, ut Luc. 7. 37.
Verbũ Patris, salutis verba loquentis audivit: si vis perfectus Matth. 19.
esse, vade; vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni se- 21.
quere me: relictis statim opibus, & Patre, Apostolus Alter, re-
lictaque continuò omni penitus spe, affectu itèm, & desiderio
quidquam post hæc habendi: *a* confusioneque indè subsecutu-
ra, contempta: Mundo, pari repudio, Parentibus abrenun- Hebr. 12. 2.
cians, & Amicis: Percalcatum pergens Patrem, (optimus Chri-
sti vocantis discipulus, Hieronymi instruẽtis exẽplo *b*) percal-
catam pergens Matrem, ad vexillum Crucis evolans festinan-
tèr; continuò secutus est Christum: Christum inquam, foris
per vocis sonitũ imperantẽ; intus verò, per humilitatis, Paupertatis,
ac Patientiæ exempla pulsantẽ; (Quibus, Bernardo teste, *c*
viam cunctis ostendit: Ego sum via, veritas, & vita: Qui ve-
nit ad me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ:) Joa. 14. 6. 8. 12.
mirũq; in modum Allicientem, ac Operantem; festinus est cõ-
secutus; summæ factus extemplò paupertatis ejus, cæterarum-
que virtutum omnium, octodecim adolescens annorum, ini-
mitabilis imitator. Bone Deus! Mirabilis porrò Deus in San-
ctis suis; (perappositè quidem Vates) ipse dabit virtutem, & Ps. 67. 36.
fortitudinem plebi suæ: Benedictus Deus. Operatur planè om- 1. Cor. 12. 6.
nia in omnibus, & in omnibus mirabilia; admirabiliora licet Isai. 14. 17.
peculiariter, extenti virtute Brachii, in Aliquibus, quos suos
jure peculiari, esse voluit ab æterno.

Mundi itaque (hac obumbratus virtute invictus noster Athleta) Carnis, Diaboli, hominumque blanditiis, minisque pariter spretis: expendens trutina, non quid in hominum, sed quid in Dei esset Judicio; (tantus enim est homo, quantus est apud Deum *d*) mundanis penitus cunctis, Patre præsente, quem & pro Christo posthabuit oculatus, in Episcopi manus solemni ritu, renunciavit; hanc, voce libera, Patri reversus, professiònem emittens: Usque nunc vocavi te Patrem in terris; amodo autem securè dicere possum: Pater noster, qui es in Matth. 6. 9.
Cælis; apud quem omnem thesaurum meum reposui, omnemque spei fiduciam collocavi. Hæc per Bonaventuram *e* Filium

Pa-

a *Consule in simili Greg. hom. 5. in Evang.* b *Hierony. Epist. 1. ad Eliodor.* c *Bernar ser. 14. de resur.* d *Kemp. de imit. lib. 3. cap. 7.* e *Habes hæc fusius apud Bonav. in vit. Franc. cap. 2.*

Pater Franciscus. Qui quidem corde magis, quàm ore, eò valentius carni ex tunc abrenunciavit ac sanguini; in Cælis divitias collecturus, quas in terris, gloriosissima abscissione, repudiabat; quò perfectius sibi jammodo impresserat imperata. Porrò Episcopus habuit ex hoc, undè plurimùm obstupere; tantamque præcellentem demirans in juvene virilitatem, pectoris robur, virtutem, ac firmitatem; Uates evadens; a summam in eo est divinatus Spiritus Sancti repletionem, qua brevi fieret, Tyro, Summæ perfectionis Evangelici Speculum omnibus, & Exemplar. Cumque denudatum expenderet pro Christi Paupertatisque ejus amore, propriis quibus erat amictus in sæculo, vestimentis; summo eum complectens amore; & Pallio mox operuit Episcopali; & in ulnas gratulabundus excepit; & in Sancto proposito confirmavit; quæque præcipuam benevolentiam exprimentia, gaudio repromittens exhilaratus.

Igitur Apostolorũ ascitus Cętui Assinates; pauperrimo protectus sacculo, vilissimaque Zona præcinctus: præcavens propriæ domus pericula; facilis, vel enervari commoditatibus inter suos, vel honoribus profligari; suos, suaque omnia, sagax
Hebr. 11. plurimùm, declinans, & oculatus: Dominum Deum suum, in-
35. solitudinibus errans, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ; non per viculos, & plateas urbium, (quæ solitæ ab ho-
Cant. 3. 2. minibus frequentari, quiete carent) cæpit ex tunc exquirere studiosus: si fortè inventum, intra cordis suis Claustra devinctissimè obseraret; totaque sibi posset exinde Charitate vinci-
Ps. 9. ri, ac totum coram ipso cor suum effundere in secreto; ut sibi congruentia provideret. At latronibus inter hæc offensis, Qui
Luc. 23. 43. latro jammodo extiterat Regni Dei; habuit planè undè Patientiæ Sanctæ virtutem plurimùm exercere. Nam cum se Præconem esse Magni Regis, sciscitantibus illis de statu ejus, liberis Actibus respondisset; actus continuò hostilitatis eorum expertus est; contumeliis, conviciis, scommatibusque affectus primùm; verberibus indè ad saturitatem usquè confectus pariter & correptus, atqui in defossum locum, refertum nivibus, posthæc conjectus; hæc cum verberibus verba sustinuit subsannan-

a Sur. 4. Octobris in Actibus Divi Francis.

nantia:*a* Jace Rustice Præco Dei; liberetque te, Quem decantas:Nos interim ad tua suspiria concinentes. Mentimini impietatis ministri; infecta Genimina viperarum mentimini porrò in caput vestrum: Christi milites in agonibus non suspirant; Crucifixique tyrones vexati non indignantur; sed patientissimè probra ferentes, atque martyria; Martyri Capiti exæquari contendunt. Factus itaque in his Franciscus sicut homo non habens in ore suo redargutiones; oblitus omninò iram suã utcunq; posset effundere super illos: obmutuit quasi agnus,corã tondente;ad improperia improperandũ nec aperiens quidem os suum, sed potius ad grates Deo pro acceptis referendum immensas; quoniam dignus habitus esset pro nomine Sancto ejus contumelias pati: Illisque abeuntibus; gaudio indè exhilaratus ingenti, ob primitias injuriarum perlatas; eodem sibi opitulante, Quem sustinebat,& propter quem probra sustinuerat & opprobria; incolumis exilivit è fovea; ut in foveam, quam sibi paraverat inimicus, victum pariter & devinctum posthàc immitteret Victor. Ps. 57.15. Ps. 68.25. Isai. 53.7. Act. 5.41. Psal. 68.8. Ps. 7.16.

Itaque ductus ab eodem Spiritu in Eugubium, à quo Jesus, Dei Filius,in desertum;(Qui quidem,ex Gregorio,*b* non malignus, sed Sanctus) non tamen ut inibi tentaretur ab inimico; sed ut inimicum ibi ad certamen & provocaret audacter, & viriliter prosterneret in arenam: Nosocomium ulcerosorũ, insanabilium,leprosorumque, pro Castris sibi deligens; pugnam liquidò gravem, ingenti prorsus humilitate, Charitate ferventi, summaque & corporis dejectione, & animi devotione illis inserviens, plagas detergens, ulcera sugens, à puttedine non abhorrens, pedes emundans, pleraque ministerii hujus humiliora implens continenter officia; pugnã,inquam, in castris positus, cum inimicis iniit perardenter: in qua quidem tantò valentius institit Fortis Bellator; Summo Sanctæ Charitatis Divinæ ignitus ardore, in agone dimicando desudans; quantò cumulatius Auxilium sibi de Sancto, ad victoriam immissum præsenserat, obtinendam: ità ut novo sibi nomine comparato(novus gloriosissimus supplãsator, Jacob) hostibus supplantatis pariter & dispersis, evaserit Victor, Qui vincendus brevi credebatur omninò:Tantorum,novæ militiæ Matt. 4.1.

Tyro

a *Consul. Bzov. ann. 1199. & ref. Bonav. in vit.* b *Greg. hom. 16. in Evan.*

Tyro, positus ex Adverso: ingentia planè ex hoc primondia præmonstrans virilitatis, ac Sanctitatis. Et quidem evocatus ad sublimiota, qui nonnisi Crucifixum exprimere venerat è longinguo, è Regione nempe Cælesti à Deo missus in Terras: tribus primùm jussu Divino, ex mendicimonio reparatis Ecclesiis; (triformiter enim ejus opera, erat Ecclesia reparanda, ac renovanda) in loco, qui Portiuncula dicebatur, pedem Athleta fixit, tentoria stibilivit præcelsa; sanctissimi ejus, ac pauperrimi instituti, inconcutibilia inibi fundamenta jacturus. Inter hæc autem, dum quodam die Evangelium illud in Ecclesia legeretur, in quo Apostolis vivendi formam assignās Christus; nè aurum, vel argentum haberent, nec in Zonis pecuniam aliqualem; nec peram, nec calceamenta, neque virgam viatores deferrent; sed nec duas omninò tunicas possiderent, imperitabat: factus ipse ex jussione severior, ex igne conduplicato ferventior, summæ Evangelicæ Paupertatis amator: absit à me Domine (ait continuò) absit tantum à me facinus; absit ut aliter, quàm tu præcipis, vivam. Id enim mihi semper in votis fuit; id quæsivi, id quærito, id quæritare non desinam; hoc plane totis meis præcordiis concupisco: vivere secundum te; tuæ sigillatim voluntati parere, tuis jussionibus resignari; meamque, Paupertatis tuæ Evangelicæ ad formam, omninò vitam componere, Actus, & sensus. En igitur pronus Calceamenta depono, en baculum proiicio parens; en peram lubens, en pecuniam execror resignatus: una sum contentus tunicula, eamque horreo curiosam, corrigia non opus habeo, ubi funis mihi sufficit pro cintorio; curam omnem abiicio temporalē: nec pro corporis quidem solicitus sū indigentia, qui fide novi, Animam pluris esse, quam escam, corpusque plusquam vestimentum: dumque volatilibus ipsis Cœli, quæ non serunt oppidò, neque metunt, neque in horrea congregant, tu Dominus Universorum das escam in tempore opportuno: ut quid non credam, & me quoque, nil congregantem omninò, Te Patrem meum Cælestem sustentaturū? Tibi itaque me, meaque cuncta soli committens, Qui solus mihi sufficis, unus pro cunctis: fac, rogo, mecum sicut uni ex minimis servulis tuis; miculis pascens, Quem nisi filium, servum habes in Domo: Patrem licet te fateri, te venerari, te

de-

Isai. 30. 27.

Matth. 10. 9
Luc. 9. 3.

Matt. 6. 25.
6. 25.

Ps. 144. 15.

deprecari non desinam, ratus audiri. Nè enim expugnar ab inimicis, vexatus licet, & impugnatus, mecum Pater omnipotens semper esto: utque ad finem usquè digne tibi valeam famulari, inter famulos scribe, Quem Filium ex Primogenito tuo Jesu voluisti regeneratum.

His ergò Seraphicus noster Franciscus, Evangelicis, quin verius Cælestibus, verbis allectus, arctissimam adeò amplexus est Papuertatem, adeoque ei tenaciter vinctus adhæsit, ut forma omnibus fieri meritus sit summæ Apostolicæ, veræque Evãgelicæ perfectionis, consummatæque pauperrimi Domini Jesu Mendicitatis. Paupertatẽ etenim sibi Charissimam, uti thesaurum verè preciosissimum, & opere semper, & mente, adeo perfectiori themate, custodivit, custodiendamque suis Commilitonibus sub præcepto, testamento condito, legibus item ac sanctionibus plurimis optimè munitam, strictissimè demandavit, ut ipsi, præ cæteris sub Christi vexillo militantibus, optimo strictoque dicantur jure pauperiores, gloriose que inter Religiosos cæteros viliores.

Clarus igitur per virtutes, quibus affluebat affatim, Filios, ex Verbi disseminati fructuosissimo semine, cœpit mox Evangelio parturire, eosque Spiritu eodem paupertatis imbuere, quo agebatur, ut Deo pariter & hominibus eò Chariores evaderent, quò Cœtibus cunctis pauperiores. Bernardum propterea, Primum discipulum, signo cupiens aliquali in Sancto proposito confirmare, Dei testimonium ex Evangeliorũ codice, semel, iterũ, atq; tertiò requisivit: si fortè, quam ei inculcarat perfectionem, à Domino ratam haberet, & confirmatã. Nec oppidò suis fuit frustratus votis, qui votis mediis, summæ perfectionis servũ alligare concupierat famulatui: nam in prima Sacri Codicis reseratione illud occurrit: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me: in secunda verò: nihil tuleritis in via: tertiam clausit: Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam quotidiè, & sequatur me. Quibus flexo poplite se subscribens oraculis Assinates; in lachrymas veræ lætitiæ post hæc uberes resolutus: Hæc est (ait [a]) Bernarde Fili, Vita, Forma, Statutum, ac regula nobis in dicta vi-

Matth. 19. 21.
Luc. 9. 3. 23.

Z

[a] *In Chronic. lib. 1. p. 1. Bonavent. lib. 1. c. 3. vita.*

vivendi, omnibusque qui nostræ voluerint Societati, Deo cooperante, ac inspirante, conjungi. Cœlum est non terra; Deus non homo est, qui loquitur, qui præcipit, qui demandat: Eja igitur citò Frater, nè pigritare; si vis perfectus esse, si vis asci-sci perfectioni, vade, perfice quæ audisti. Licet enim pauperem
Tob. 4. 23. nobis gerere datum sit vitam; multa tamen habebimus posthęc bona; quin imò & immarcescibilis reservatur nobis in Cęlo thesaurus, si timuerimus Deum, ejusque voci obedierimus;
Matth. 19. 21. à malo, quantocyus recedentes, bonumque ad ejus placitum, per semitas districtæ perfectionis gradientes, ac Paupertatis, jugi vigilantia operantes, ac exequentes. Quid ad hæc Tyro Bernardus? Abiit nec nè & ipse tristis, cum illo,
Matth. 19. 22. Qui, Matthæo teste, multas habens possessiones, ad hæc eadem abiit mœrens? Non omnibus porrò datum est, esse per-
20. 36. fectos: multi enim sunt voçati, pauci verò electi. Ex vocatis ideò fuit ille; Hic ex electis; dùm alacer continuò ac festinus, non tristis quidem ac mœrens, magistri implens mandata, Pauperem pauper, nudus Nudum, Humilem exindè humilis secutus est Christum. Quem brevi oppidò ç onsectantes & alii Spiritu non absimiles; ad Apostolicum numerum, non multo temporis interiectu, Pauperrimus Cœtus succrescens; Franci-
Philip 3. 14. sco Patri (Qui forma singulis factus identicæ perfectionis Evãgelicæ; eò Cæteris lucidior apparebat, quò gloriosiùs cunctis,
Ps. 18. 6. ad Bravium supernæ vocationis, ut Gigas exultando, curre-
Psl. 31. 9. bat:) copiosam lætitiæ & exultationis materiam præbuit. Ut autem frœnis maxillas eorum constringeret Bonus Pastor, vivendi formã, *a* verbis licet simplicibus nervosis tamèn summèque profundis, Sapientia Dei Patris dictante, conscripsit. Ut verò fines Præceptorum transgredi non auderent: nè fortè ira-
Ps 105. 27. tus Dominus deiiceret semen eorum in nationibus & disper-
Pro 22. 28 geret eos in Regionibus; in profundum demergens laci, quos
Ezech. 22. Prævaricatores arrepti adverteret instituti; stricta lege man-
15. davit, ut paupertate hac perigenti, quam excolebant, nun-
Isai. 14. 16. quam sinerent, quacumque causa, despoliari, ad hoc ut luctantes cum inimicis, undè teneri non haberent, ac profligari: Vestitus enim (Gregorio teste *b*) si cum Nudo luctetur, de facili corruet profligatus, quia habet undè teneri, Nudus verò difficillimè cadet in lucta, quia unde teneatur non habet.

Post-

a *Chronic. Minor. lib. 2.* b *Gregor. in Pastoral.*

Post hæc autẽ Sanctæ Prædicationis ubiq; terrarũ Franciscus Nah. 1. 15.
ipse Pater onus injungens: ite(inquit) annunciantes homi- Marc. 1. 7.
nibus Pacem, Pœnitentiam mundo penitus Universo, omni-
que Creaturæ, in remissionem peccatorum prædicate. Patris Apoc. 10. 1.
paruerunt præcepto promptè parentes Nati: num verò iisdem Actor. 10. 7.
parere habeãt Prædicãtibus Corde vesani Auscultatores, igno-
ro; ex verbis edoctus Jobi, ubi ait: deridetur Justi simplicitas. Iob. 12. 4.
Quis enim simplicibus Pauperibus ac despectis plurimùm Rom. 10. 14.
à modo credet, ita ut à viis suis pessimis convertatur? Quæ Gẽ-
tes, Quæ Nationes, Qui Populi, Viventibus sub Vexillo non Isai. 53. 1.
dùm Pontificia authoritate fulcito, sub Regula non dùm
recognita, non dum ab Ecclesia approbata, parebunt, adeò ut
eorum fiant discipuli, ipsorum legibus instruendi: quin potius
uti Novatores, PseudoPredicatores, Hypochritæ, & despe-
ctui habeantur à vulgo, & à Magistratibus ac magnatibus,
plagis impositis, fustigentur animadversi? Est qui quærat, &
judicet Pater Cælestis. Pater interim eorum Spiritualis in ter- Joa. 8. 50.
ris Sanctissimus Assinates optimè totum Collimans, illis jam-
modò pariter congregatis in unũ suę mentis in hæc detegẽs
arcanũ: nostis (inquit) Filii ac Fratres mei dilectissimi, Turrim,
Civitatem, vel castra, tantò dici securiora, atqui ab inimico-
rum assultibus tutiora, quantò muris & antemuralibus, pe-
ctoralibus, & propugnaculis, armisque paritèr ac tormentis Isai. 26. 1.
bellicis munitiora: Salomone id expendente (præter id, quod
Oculatis experientia docet *a*) ubi ait: Sicut Turris David collũ
tuum: (inexpugnabile porrò Collum voluerat vindicare dile- Cant. 4. 4.
ctæ) quæ ædificata est cum propugnaculis, millæ clypei pen-
dent ex ea, omnis Armatura fortium. Quinã verò hi muri sunt;
qui nam sodalitatum antemurales? Quæ pectoralia; quæ nam
propugnacula; quæ Fortium Armaturæ; qui Clypei; Quæ Ca-
strorum tormenta obsidionalia; bellica qualia nam instru-
menta? Vota nonnisi certò Religiosa, quæ munitionis sunt,
& Formidinis; ità ut nobis prosint plurimùm, Adversan-
tibus obsint. Quid ergò timebimus ultrà, tantis muniti:
quid pavebimus, hisce protecti? Non timebimus porrò à
timore nocturno: non ab incursu, & Dæmonio meridiano: nõ Ps 905.
à negotio perambulante in tenebris. Timorem planè homi- Ps. 90. 6.

Z 2 num

a Conf. Mart. del Rio in hanc locum; qui ad propositum.

num non pavebimus: inimici nos non terrebunt: adversariis oppugnantibus, in pugna non prosternemur: quinimò expugnati, devicti, profligati, cadent à latere nostro mille, & de-
Ps.90. 7. cem millia à dextris nostris: Si tamen hæc nobis tanta Præsidia, Armaturæ Propugnacula, Pectoralia, Authore Prætore apptobata, subministrentur: nam ubi Eo inscio, vel nolente, his quomodolibet uti velimus; non ad dispersionem quidem erunt inimicorum, sed ad nostram omnimodam profligationem vertentur. Ergò adeamus oportet soliciti Prætorem in Terris maximum; Christique Regis exercitus Vicegerentem Pontificem: si fortè benignus annuens votis, vota confirmet benignè; armaque quibus protegimur, vindicet confirmata; ut & terrori esse valeamus exinde;& legitimè, ascitis aliis, sub hoc possimus militare vexillo; & authoranter semen ubique verbi disseminare.

Sano itaq; Optimi Patris hujus Consilio unanimitèr Nati omnes parentes, Romam concesserunt festini: Aulamque unus pro Cunctis Pater quantocyus introgressus; dum se se ad pedes prosternerent Innocentii, illos ex more adveneranter osculaturus; non gratantet quidem, ut assolet, aut beni-
Tob.12 13 gno ab Hoc exceptus fuit obtutu; (quia enim justus erat, acceptusque plurimùm;plurimùm ut tentationibus probaretur, tribulationibusque divexaretur necesse erat:) quinimò habitus tanquam ignotus, ac vilis homuncio, & indignationem sustinuit vultus,& nutus repulsionem;foris immissus, pœnalitate luiturus temeritatè. At ubi in somnis postera nocte, Cælesti Innocentius ipse monitus voce, nè cincinnatum despiceret ac pannosum: quin imo votis annueret; ejus opere, ac labore labans Ecclesia reparanda:(*a* quam oppidò, Lateranensem videlicet unam pro cunctis, lapsantem, casuique proximam, non paucis ab hinc diebus clara perspexetat visione; indèque à duobus despectis plurimùm, pauperrimisque fulciri, sustentari, atque in pristinum reduci, Francisco scilicet, ac Dominico; Qui & Athlantes ambo,& ambo Reparatores vindicabantur:) Coràm evocatus festinè; præcipuaq; in tantum ac talem virum Sanctum, despectum licet exterius, devotione repletus; causa adventus sui cognita: preces tandèm

a *Consule Bonav. in vit. lib. 1. & Bzov. ann. 1216. num. 12.*

dèm amborum(ut expendimus suprà *a*) vota que ipsa fervētia diabolo virus suū effundēte,diū dilata,ex nimia,ut aliqui Purpuratorum protestabantur,institutorū asperitate: (quod Deus ipse voce diluit revelāte Divina:Ego inquiens,novi,quid hominis vires ferant, quidve auxilii, opisque Collaturus sim: *b*) vota inquam ac preces Vtrorum quantocyus curans implere, eorum se se per omnia petitionibus inclinavit; per patens licet non confirmaret diploma, quod sub Honorio successore exequi decreverat Pater Æternus: vivæ interim nostro Francisco vocis oraculo nè dum postulata concedens, sed & adhuc majora ultrò concedere repromittens.

Itaque Regula posthæc sub annum virginei Partus ad occasum vergentem 1215.*c* per Successorem Honoriū approbata Innocentio ad Patres suos apposito tempestivè; facultateque, item cum Dominico Fratre, de Pœnitentia prædicanda obtenta; per oras mundi penitus universas confestim suas dispersit oves, Qui verus Pastor dicebatur,& erat; ut Errones paritèr & Errantes, ad Christi agnitionem, fideique veritatem, atque confessionem, Deo reduceret operante. Ipse verò Sanctissimus Assinates Pater supernæ revelationis illustratus oraculo, Assisium concedere festinavit; opere eòdē pariter & Sermone; Verbis exemplis & actione; re veraciter & effectu, Christum, ejusque Sanctissimum Evangelium indesinenter prædicaturus: si fortè quas hominum Inimicus Diabolus Deo Animas, per abrupta vitiorum, conaretur auferre; Diabolo Christi minister ipse, per semitas justitiæ, Pęnitentiam prædicans, Annuncians Regnum, caduca commostrans, repromittēs æterna, fœlici negotiatione subriperet vindicatas. Vigilabat propstereà diu noctuq; cùm super custodia sensuū; nè per sēsus ipsos mors introiret;(intrat enim mors per fenestras nostras:) nevè per eosdem non benè custoditos adorsus, succumberet, profligatus: tùm super Custodia Gregum; nè à ferinis luporum unguibus(ut enim securius hi decipiant, ovium, ut plurimum, vestiunt pelles:) deperirent, dilacerati:sibi fortassis, non optimè vigilanti, imputata dispersione: Sanguinem eorum de manu tua requiram. Nocte ideò asperitatibus multi-

Jer. 9. 21

Mat. 7. 15.

Ezec 3. 18.

a *In Serm. de S Dominico.* b *Idem Bzov. ubi sup.* c *Itèm apud Eundem ann.* 1215. *num.* 6.

tiplicibus, ut ptimum assequi mereretur, dirissimè corpus suũ continua castigatione mactabat; die verò orationi plurimùm, Prædicationique insistens ac Lectioni, nè votis secundariis fraudaretur; Animarũ Mercimonio, Quietis nescius, Quæstor optimus, sollicitudine vacabat indesinenti; miraculis, ubi necesse erat, confirmans, quod Sermonibus prædicabat. Porrò mulierũ, nè dũ colloquia quidem, familiaritates, ac Xenia, sed & Aspectus devitabat omninò; nè ab his illaqueatus incautè,
Deut.1.42 caderet ab inimicis infaustè. Si quas verò necessariò esset aliquandò allocuturus, nec intuebatur omninò, nec multum in colloquio temporis impendebat, nec procul à Socio (Augustinus Alter *a*) id se exequi permittebat; solitus dicere; mulierũ Sanctarũ licet, familiaritates pariter & colloquia, ad libidinẽ incẽtiva incautis cedere exercẽdã. Charitate penitus ęxtuanti, vultum nullius respiciens, omnes paritèr diligebat, unoque cunctos, in uno Christo, devinctissimo prosequebatur Amore, ut Christo lucrifaceret omnes. Omnibus ideò promptus semper Alacer ac festinus pro posse suppetias afferens hominis utriusque, dicebat; Charitati nil penitus præferendum; ubi Solã Charitatẽ Verbũ coegisse nõ dubiũ lignũ subire, neciq; se tradere pro ingratis. Nunquam eàpropter Dei servulus ociabatur à bono, nunquam feriatus stabat, ac otiosus: quinimò Spiritum Supernorum ad instar; *b* qui in mystica illa Iacobi
Gen.28.9. scala, ascendere jugitèr, ac descendere visi sunt; vel per orationem ascendebat in Deum; (oratio enim ex Doctoribus Ascẽtio mentis ad Deum *c* in Deum ideò per hanc eò ardentius ferebatur, ut in extasym raperetur exustus:) vel per Prædicationem ad Proximos descendebat; (proximis quippe, æternæ lucis irradiatus fulgoribus, verbi jugi tempore frangens panem, verum Christi se se exhibebat ministrum) Dei inter & Proximos medius constitutus evincebatur.

Marc.8.3. Cæterum (ne verborum pressi nimietate, tedioque affecti plurimùm & gravati, deficiatis in via) illud tandèm silentii non erit contegendum velamine, cursim licet referandum omninò; quod Alverniæ (ex laborioso Syriæ reversus itinere, ubi Babylonem penetrans, Sultanum Populi Principẽ ad fidei con-

a *Possid. in vita S. August.* b *Bonav. in vit. l. 2.* c *Apud Rodr. tract. de Orat cap. 2.*

convertere pertentarat agnitionem) quod Alverniæ inquam, biennio antequam Cælitibus sociis sociaretur in Patria Peregrinus; paupertimò contigit Christi servulo, dum oraret. Fa- Luc 22. 3.
ctus enim quodam die quadragesimali', circa exaltatæ crucis festum, in oratione prolixior, supernæque contemplationis dulcedine abundantiùs solitò superfusus; Seraphicis cœpit desideriorum ardoribus, Seraphinus in carne, vehementius ardentiusque quàm antehàc, sursum ad centrum suum, in Deum efferri, atqui compassiva dulcedine in Eum funditùs trasformari, Qui ex nimia Charitate, qua dilexit nos, homo factus, voluit crucifigi. Cumque uberrima lachrymarum Ephes. 2. 4.
imbre Dominicam mente recoleret Passionem, desiderio desiderans eodem penitùs potari Calice, iisdemque prorsus, qui- Luc. 22. 15.
bus mundi Servator Christus, sævissimis pro nobis cruciatibus, per manus inimicorum confectus immanitèr tradidit Spiritum, dilaniari, conteri, atque discerpi; contigit sibi videre Joa. 19. 30.
unum ex Seraphim *a*, de Cœlorum sublimitate ad inferiora hæc descendentem, sex alis, non minus ignitis, ac splendidis, coruscantem. Dum autem hærens, ac pavidus visionis progressus attenderet, Crucifixi hominis formam inter volantis Cœlici Spiritus Alas animadvertit. Hatũ autẽ duę super caput ejusdem elevabantur, duæ ad volatum protendebantur, ultimæ corpus totum protegebant omninò. Quis ad visionem insolitam non expaverit? Expavit oppidò & humillimus servulus Crucifixi; dumque mixtum mœrore gaudium experiret, subita post hæc pulsatione correptus, in dissonos confestim incurrit effectus; inexplicabiles ibi interim præsentiens cruciatus, ubi ineffabiles supernæ visionis experiebatur dulcores. Dulcedine tamen abundantiùs superfusus divina, Domino revelante percepit, se non per martyrium carnis (ardentissimo quippe desiderio adhùc flagrarat martyrium subeundi) sed per mentis incendium in Crucifixi Christi similitudinem transformandum, quo verus subinde martyr diceretur Amoris. Nè autẽ vacua Passionis Dominicæ hæc videretur effectu; visione peracta, tantis cœpit angi doloribus; stygmatibus Crucifixi Jesu locis propriis, sensu vehementissimo, coaptatis; ut miraculum crederetur omninò horulas paucas supervixisse, Quem Cruci cla-

a *Consule Actus omnes Divi Franc. Assinat. & apud Sur. 4. Octobris.*

clavis affixum, lanceaque perforatum fateri non dubitamus. Et quidem nescio an majus esse possit miraculum: Crucifigi cum Christo; in cruce biennio supervivere; super crucem post
Ps. 135. 4. biendium mori. Nnm ergò miracula desiderabuntur in Assi-
Eccl.35. 6. sino, in quo signa portentaque ac mirabilia magna valdè Omnipotens innovavit? Ipse profectò miraculum sæculorum; Ipse, miraculorum omnium maximum; Ipse mirabilium Dei potissimum instrumentum; dum novo penitus rerum ordine, & cruci diù supervixit affixus; & Crucis martyrium, Angeli-
Cantic.2.5 co ministerio, verè subiit martyr Amoris; Amore langueo.
Tob. 12.7. Sciens autem Regis Sacramentum occulere, optimum esse: accepta contegere, corde humillimus tota ope institit, & conatu. At non valens; sacri effusione sanguinis, miraculorumque abductus proditione; quod potuit, & inquantùm minus
3.Cor.2.14. valuit, per generalia quædam verba Fratribus indicandum
Isai.24.16. curavit; verba tamen sibi semper arcana retinens illa, (secretum meum mihi, secretum meum mihi) quæ non licet homini loqui; nè vel subrepens aliqualis elatio, vel ostentatio simpliciter non vitata, & diriperet acquisita, & acquirenda distuleret cum jactura.

Exustus itaquè plurimùm Divini Amoris ignibus; cruciatibus propè modum innumeris ad saturitatem usque confectus; morbisque multiplicibus, ad carnium totalem consum-
Iob.16.21. ptionem (Jobus alrer: Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum:) contritus omninò, ac desiccatus; Domino Deo suo conglutinari, flagrantiori cœpit desiderio æstuare; ità ut magnis & ipse vocibus, enixisque Sponsum deprecaretur precibus: Cupio, dissolvi, & esse tecum. Quas Christus
Phili.1.23. benignè tandèm exaudiens, Nuncium è Regalibus, læta servulo deprecanti nunciaturum, misit festinum; Quem lætus hic excipiens ac festivus; ad Sanctã Mariã de Portiuncula quantocyus se asportari fratres est deprecatus; ut ubi acceperat Spiritũ gratiæ, ibi Spiritum redderet vitæ: grates interim Deo rependens immensas, cùm prò acceptis insemetipso, tùm in progenita Prole, quam sub instauratæ Paupertatis vexillo, ipso eodem cooperante, relinquebat commilitantem. Horum propterea curam, non amplissimis terrenorum censuum redtibus; non benevolentiæ Magnatorum; non sceptris impe-

ran-

rantium; non Regibus, aut Principum purpuris cōmendabat; sed ipsi Reginæ omnium Paupertati: haud formidans, fame fore in posterum perituros, quos ex paupere matre, Spiritu operante, ad imaginem Christi filii, sibi filios, ac hæredes, Omnipotens ipse Rex omnium generarat.

Perductus igitur ad concupitum suę evolationis locum, Martyr Crucifixus Franciscus; consummatisque jammodò sui incolatus diebus, virtutibus ipse omnibus consummatus: cum multa de præcipuis fidei articulis, votisque Religiosis, Obedientia Castitate ac Paupertate, itemque de humiltate, virtutibusque cæteris, fratribus disseruisset astantibus, paterna singulis impertita benedictione, cunctis ubertim flentibus, ipso tamen gaudente, nuda nudus humo cubans, Sacramentis Ecclesiæ munitus; ad Dominum Deum suum, clarus in orbe, miraculis præclarus, Illustris Prole, sanctitate perinsignis, quarto nonas Octobris anno 1226. hoc prolato versu: me expectant Justi, donec retribuas mihi: fęliciter emigravit; inibi regnaturus æternùm, cumque Seraphim sociis laudaturus, quem cum hominibus, ac creaturis omnibus, collaudare, benedicere, & prædicare, in terra positus, non destiterat aliquando. Meritis cujus, ac precibus, confusione ipsi licet dignissimi, confisi paritèr & innixi: illis asciscì speramus, quibus cum Patre, & S. Spiritu Trinus in unitate unus Deus ac Dominus præest omnipotens, Jesus Christus, Patris Verbum, Caro factū in tempore, ut tempora repararet: Qui est Benedictus: Amen.

Luc. 2. 43.

Ps. 141. 8.





DE
S. FRANCISCO
Paulano Minimorum Patriarcha.

Ecce Familia mea infima est, & Ego Minimus in domo Patris mei. Iud. 6.



SI Gregorio,a Spinas non fortassis ex Evangelio, sed ex sui cordis Thesauro, divitias interpetranti (ipso Judice,vindicibus nobis) non crederetur; cum pungant illæ; istæ delectent; illæ lacerent,oblectent istę, hæ solentur, illæ discerpant: Ubi Veritate id peribente, & veraciter spinæ sunt, & aculei; quatenus punctionibus suis & mentem lacerant, & animum scindunt, & pertrahunt in diversa; quin imo & ad
Luc. 8.14. peccatum usq; protrahentes Incautos, quasi inflicto vulnere cruentant: (qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli:)Quis inscito mihi authoritatem
1.Tim.6.9 posthàc tribueret aliqualē, Animos ad humilitatem forte & Ipse cupiēs excitare;si nullo divinarū fultus suffragio scripturatum, non ignobilem, non vilem, non contemplibilem, utī vox intonat mundanorū;sed Gloriosam, honorabilē, omnique prędicatione dignissimam humilitatem, mea sententia, compellarim: cum qui ejusmodi sunt, contemptui plurimum
2. Petr. 1. habeantur à mundo, despicabiles appareant Coram Populis,
16. miserrimi fere Cōcipiantur à cunctis? Ni salis expers (& hoc
Ps. 84. 12 fortè timerem) fabulas certò crederer indoctissimas Concina-

a *Gregor.hom.5.in Evang.*

nate. Sed oh utinam! Claritatem, quam præfefert de Cœlo non de terra hæc orta veritas, ſimplici omnes pariter collimarent obtutu! Nam niſi inſipienti mihi, Sapientiſſimo certe crederent authoranti Claravellenſi, *a* qui ingenuè faſtus eſt aliquandò: familiarem adeo Divinitati ſemper extitiſſe humilitatem, ut præ cæteris ipſa & obtinuerit omni tempore poſtulata, & ſpecioſior apparuerit coram Eo à Quò bona cuncta procedunt; & glorioſiores utcumque Clientes reddiderit informatos. Glorioſa res eſt humilitas: Gloria matris deſcendit in Natos; Illo ſuperbis, Qui potens eſt, reſiſtente, humilibus verò ad effluvium gratiam dante, ac è vicino benigno ſemper obtutu reſpiciente, quos ab æterno voluit eſſe prædeſtinatos, conformeſque fieri imagini dilecti filii ſui, ejuſque effici cohęredes. Cum itaque non ex meo pauperrimo, uti non ex ditiſſimo ſuo penu Gregorius, ſed ex Divæ Sapientiæ Theſauro, Glorioſam Ipſe humilitatem, paupertatem excerpſerit Ille: non eſt utique qui mihi mox poſſit obſiſtere decernenti; Glorioſiorem in terris ſedem non inveniri, ſed nec altiorem quidem in Cœlis, depreſſa hominumque oculis contemptibili plurimùm, quà ipſi ad exalationem utimur, humilitate. Non abs re ideò, Sol Africanus ille, *b* Quem nobis Ducem & lucem dedit Altiſſimus omnium utcumque luſtratus virtutum ſedes, Bonorumque operum merita; humilitati plurimùm deferendum omninò: niſi enim omnia quæcumque benefecerit homo (ſenſum tenete, defendite jam percepta) humilitas præceſſerit, comitetur, & fuerit conſequuta, jam ei de aliquò bono gaudenti, totum omninò de manu extorquet ſuperbia; fitque, ut brevi convertatur in malum, quod antehàc multo ſtudio congregans ac labore, laudabiliter operatus eſt bonum. Hæc ille. Quo quidem lumine obumbratus humillimorum humillimus, de quo breviter aliqua modò ſum diſſerturus; tutiorem in terris, atqui ad aſcendendum ſuperiùs aptiorem nullibi locum inveniens, demiſſiori hoc oculiſque ipſis lippientibus hominũ viliori (ſi tamen vel dici tantum poteſt vilis locus ipſe exaltatæ ſatis nunquã humilitatis) humilitatẽ ſibi decrevit firmiſſimè deſponſandam; ut depreſſione ſuppo-

Pſ. 84. 12.
Eccl. 13. 24
Prov. 17. 6.
Rom. 8. 29
8. 17.

a *Bern. hom. 4. ſuper miſſ. eſt, & ſer. 29. in Cant.* b *Aug. ſer. 10. de verb. Domini. Id. Epiſt. 56. tom. 10.*

sita (forma omnibus factus veræ humilitatis) gradus sibi con-
Luc.14.10. strueret, quibus ad Celsitudinis fastigium perveniret. Amice
11. ascende superius. Qui se humiliat exaltabatur. Utinam, ut mihi in votis est, id verbis exigam, quod perfectiori quidem methodo, opere plurimùm & effectu, ipse Paulanus exegit, qui verba præstat. Præstet interim votis nostris quæ nobis Præest Creatrix; ut me exigente quod prosequor, ad nostram totum vertatur utilitatem; nè in vacuum verba cadant disse- minanda. Ut autem votis ipsis Maria Domina Faveas; hanc tibi humili voce, corde humiliori, salutationem devoveo: Ave, dicens, Maria Gratia Plena.

Iud. 6.15. *Ecce Familia mea infima est, & ego minimus in domo Patris mei.* loco præallegato.

Eò efferebantur antiquitùs (uti nec mos quidem apud plerosque funditus desolevit) eò inquam efferebantur Romani milites, Qui Imperii mundi totius Romam, arcu valido ac Saggitta, vindicabant Dominatricem; tantæ fuisse Patriæ, Jove massimo annuente, concurrentibus Astris, Civilitate donatos; ut Commilitonibus, militibus Orbis per circuitum Universis, tantùm præcellerent armis, quantùm (munere singulari) nobilitate præeßent. Quinimo gloria tàm potenter ambitiosa tenebantur Uesani, tantumque sibi deferendum putabant, quod ea essent Urbe progeniti, quæ orbis caput erat, atque Regina; ut quemcumque Alienigenam eo privatum honore (superbis licet dignitatum fastibus ac fascibus pariter fulgidus eniteret) eis collatum, tanquam Rusticum ac ignobilem, ventosa tumidi vanitate, despicientes, insani floccifacerent, ac parvipenderent Cæci. Sed oh vanitas vanitatum! Hui stultorum ineptia! Nunquid Cæcutientium non irridenda stultitia? num stultæ Gentilitatis non execranda superbia? num non superbientes humiliandi, conterendi, è terra funditus extirpandi? Antequam conteratur, ait Sapiens,
Prov.18.12 exaltatur Cor. Ergò signum subsequentis contritionis, exal-
Psal. 12. 6. tatio. Contriti sunt, quoniã Deus sprevit eos; dum ipsi cæteros inani spreverant ambitione tumentes. Ego quidem nescio, an Rudiores, aut Expolitiores Patriæ Lapides; Ædificiorũ copia vel inopia; Turrium ad Cœlos usque fastigiosa surrectio, sivè vilia ex lateribus tuguriola, obscuritatem aut Claritatem

Acco-

Accolis indidant aliqualem. Optimè tamen novi, nec tenuitatem perexigui oppidi Betlehemitis, verè minimi in millibus Juda; obscuriorem Æterni Patris Virginisque Unigenitum reddidisse; nec amplitudinem Hierosolymitanę Regię Herodem, cæterosque deperditos Reges, gloriosiores utcumque, deprædicabilioresque fecisse; quin non isti cæteris omnibus Regibus ac Principibus contemptibiliores, omnique homine viliores redderentur omninò; Venerator Ille. Quid ad Animi obscuritatem Herodis, Hierosolimitanæ Civitatis Claritas, Vastitas, ac nobilitas? Quid ad Claritatem Venerandi nominis Jesu, Betlehemiticæ Civitatis districtio? Num splendidiores ad Gloriam, (audite in id idem, Chrysostomum disserentem *a*) Illustriores ad famam, ad fastigium nos reddere potuerunt aptiores, propriæ, qua nati sumus, Urbis nobilitas; Patriæ, in qua progeniti splendor: Gloria Civitatis? Turrita sint præoculis ædificia sodomorum, cum Abraham in tuguriolo moraretur: attamen venientes Angeli Sodomas prȩteribant, ad tugurium divertebant: non enim ædificiorum splendorem quæritabant, sed Animȩ virtutem quærentes circumibant. Hæc ille. Vanum est ergò tumidos, ad fastum, ad nobilitatem, ad gloriam, hic recolere Ritus; cum hi, qui ex Deo sunt, non ad virtutem commendatiores se esse spectant (ut pauciora quædam hic usurpē Basilii magni Doctoris verba *b*) ex propriæ Urbis amplitudine; ex Cæli, quo sita est, temperie; ex hostium olim devinctorum triumphis; ex agrorum fertilitate; ex ędificiorum demum celsitudine, splendore, nobilitate: Sed ex Animæ virtutum, virtutum affluentia decoratæ, radiali, sincera veraque nobilitate. Non quidem Sanguinis collimant originem, non ex sanguinis claritate tumescūt; sed nec generis, aut stemmatis, nè dum Patriæ, ut prædiximus, efferuntur Civilitate, Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate Carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: sed potius ad Summum Divinæ hæreditatis fastigium (si autem filii, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi) ex gratia, meritis concurrentibus Primogeniti (Primogenitus Christus ipse in multis fratribus) fuisse, priusquam es-

Mich. 5. 2.

Joa. 1. 13.

Rom. 8. 17. 29.

a *Chrisost hom. 4. de Verb. Isai. vidi Dominum &c.* b *Basil. orat. in Gorg. Sor.*

essent, evectos; inenarrabili prorsus lætitia, gaudioque penitus ineffabili gloriantur. En Paulanus humilis noster Franciscus, Oppidulo, humili ortus genere, Illustrior planè est ex virtute, nobilioribus Clarioribusque Terræ Dinastis. Porrò pluris ipse gloriatur in tenebris, quibus est ortus, quàm possint Reges ipsi in suis & ex suis Claritatibus elevari. Ast neutiquam planè (graviori Raynaudi sensui me conformo *a*) ei offundimus tenebras, dum ultrò damus, tenuibus personis, modico Oppido, natum Franciscum; nisi si obscuritas ipsa natalium maximam Sanctorum partem caligine sua obtenebravit. Patriam ejus oppidò, originemque Oratoria prius prædicet disciplina, quem Virtus nunquam novit ex nomine; quem Deus nunquam ex Virtute probavit; quem nusquam fama celebravit ex Sanctitate: ut quod propriis virtutibus deest (bella Arelatensis Hilarii ponderatio *b*) in Patrum gloria præcessisse videatur. Nos verò in Christo unum sumus, Qui Christum Caput habemus, & Fratrem; fastigiumque est nostræ nobilitatis, inter Dei filios computari; censerique inter Electos. Nonnè Deus elegit pauperes in hoc mundo, (vindicem habemus Jacobum) divites in fide, & hæredes Regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Ergò non addere nobis quidquam ad dignitatem terrenæ originis decus, nisi contemptu suo potest; dum nemo est in Cœlestibus gloriosior, nisi qui repudiato Patrum stemmate, gloria sanguinis posthabita, Proavorum contempta; nobilitate, sola elegit Christi Paternitate, ex Paupertate humilitateque censeri. At nec casu tamen reor, sed Divina Providentia gubernatrice id exigente, humili ortum tecto, humilibus progenitum & enutritum Parentibus, humilique sanguine procreatum fuisse Franciscum, simulacrum veræ humilitatis, Paulanum: nè videlicet humillimo Christi servulo quicquam prorsus deesset, undè summæ ejus gloriæ quidquam possent detrahere Susurrones. Quem enim ad perfectæ humilitatis exemplar ab æterno delegerat ac efformarat Summus rerum omnium Sapientissimus Architectus; ut immensum exindè gloriæ pondus (ut aliqualiter cum Apostolo loquar) evectus ad Summitatem usquè Cœlorum, ex eadem pro-

Marginal notes: Exod. 33. 11. — Jacob. 2. 5; 1. 12 — 2. Cor. 4. 17

a *Raynaud. Trin. Patr. in Franc. Paulan. p. 2. num. 4.* b *Hilar. in Epist.*

promeretur: non ex Patrum, vel Patriæ quidem nobilitate, sed ex propria sui metipsius virtute, ex matre humilitate progenita, quæ coruscum virtutibus reddidit universis, Compredicatum iri decebat. Quamvis igitur & Patriæ splendore, & sanguinis claritate, & dignitatum, & opum, & affluentia insularum, & Proavorum gloria plurimùm eluxisset Franciscus (haberem siquidem undè & hæc depromere prudens, cum non desint Qui hęc, amplioraque ei decora Cordati vendicent Oculati) nè dum contenderem vilia hæc celebranda, sed & consultò planè uti veram ejus nobilitatem dedecorantia, reticenda putarem:

Nato itaque fausto omine, Parentum voto, Assinatis orationibus *a* Domino tunc volente, ab æterno licet prædestinante, sub annum redempti hominis 1416. nostri temporis Admirabili Taumaturgo; (hoc enim vendicandum autumavit Paulano Nomen Raynaudus Ignatianus *b*) habuerunt Patres ipsi undè ex Fœtu plurimùm gloriari. Ex tunc siquidem, imò ex initiato conceptu, mirabilibus cœpit Deus ostendere, fore Puerum, non tam seminis, quàm ejus Dexteræ Filium: dum integris novem illis mensibus, quibus occlusum mater gestavit in Alvo, micantissimum lumen quoddam *c* (Rerum ordine, iterùm innovato: innova signa, immuta mirabilia:) Eccl.36. 6. juxtà Parentum domum, Deus ipse Pater Omnipotens jussit splendescere; ut inusitato novi Syderis lumine patenter edoceremur, 2 Cor.4.6. inusitato novoque suarum virtutum splendere, fore Puerum Orbem illustraturum, lumenque suum (stella penitus indeficiens) ad utrasque, in perpetuas æternitates, per se, Dan.12.3. suosque illuminadas Ecclesias, emissurum. Sed proh dolor! Qui dexter mundo oculus ortus erat, (tum maximè Gallis, quibus Divinitùs natum, datumque fuisse Solem, vitæ ejus discursus, & exitus dilucidè comprobarunt,) dextera non nisi certò, ob carnem protuberantem, luce, quantocyus remansisset orbatus; nisi Deus omnipotens ipse mirabilia, & nunc iterum innovasset. Precibus itaque Parentum, meritisque Seraphici Assinatis ejusdem, qui mundo Paulani lucem obtinuit,

Fran-

a *Ex Actibus S. Franc. lib.1. cap.1.* b *Raynaud. in Francis. Pau. Trin. Patriarc. initio.* c *Ex iisdem Franc. Actibus apud Sur. lib.1. c.1. vita Bzov. ann.1507. num.13.*

. Francisco penè jam luce dextera spoliato lux fuit integrè restituta; itaut nec signum quidem periculi remaneret, ubi periculum antè Cæcitatis pertimebant Cordati; sponsa interim Assisino à Parentibus restituti Pueri annua servitute. Crescebat oppidò Puer: virtute plurimum, gravitate, ac Sapientia
Luc. 2. 42. 52. excrescente in eo; donec annorum & ipse factus duodecim, Divino per Assinatem Patronum, oraculo monitus, ut quamprimùm concepta compleret vota;(vovete, & reddite Domino Deo vestro: si quid ergò vovisti,reddere nè moreris;melius
Ps.75.12. Eccl.5.4. est enim non vovere, quàm post votum,vel promissa non reddere, vel remorari:) ad annum Franciscano Ordini, in grati animi argumentum,mandatis obsequens, se fideliter mancipavit: servus subindè Fratrum omnium factus humillimus, qui strictioris observantiæ familiæ Illustrissimus erat indè futurus Antegonista,Uexillifer, Patriarca. Exacto autem in Sacro Religionis habitu anno integro; (sublimibus ibidem in Cænobio jactis Sanctimoniæ fundamentis;tum maxime Orationis, qua ardentèr adeò in Deum ferebatur humiliatus, ut in extasym abstractus nonnunquam raperetur ad horas: carnisque attritionis omnimodæ, per jejunia, disciplinas, asperitates, ac macerationes, quibus innoxium corpusculum conterebat, nè caro lasciviens juvenilis, adversus Spiritum insolesceret aliquando:) fratribus ægrè ferentibus, Numine imperante, exutus veste; Assisium, utrique Patri revelato proposito, concedere festinavit;Templū Sanctæ Mariæ de Portiuncula primùm, indeque Apostolorum reliquias apud Romamanam urbem veneraturus. Nati votis non abnuunt Pii Patres: iter arripiunt Assisium versus; offensaque Civitate, venerantur & Templum;peractisque orationum diebus, tergum Urbi convertunt, Apostolorum limina concessuri. Totum explent pacifici, gradus dirigente moderatore. Inter autem remeatum ad Patriam, Cassinum montem, fertur, a peragrasse Franciscum; Sanctorum monachorum causa consulendorum, ut Solitariæ inibi vitæ studium magis quàm studia sæcularia (contrarium licet id esset in animo Patrum, qui negotiis illum secularibus destinaverant, dum ad arctissimum quoddam vitæ genus, in orbe noviter inducendum,Omnipotens

a *Vitt. in Actibus Divi Franc. lib. 1. c. 5. apud Sur.*

tens excitarat) Cor ejus apprehenderet, ac teneret: Qui Pater in Cęnobio, non Patronus, esse debebat in foro.

Auspice itàque ac Duce Spiritu Paracleto, omnibus, ut in votis erat, expletis, Patriam reversus, Antro continuò se recepit, non recto: paternum ex tunc relinquens, in posterum omnimodò relicturus; vitamque solitarius Passer, admirabilem, cœpit excolere; suavissimis Jesu amplexibus fruiturus, dulcissimisque interim Paradysi dapibus satiandus, Qui mundo dapes Cœlestes venerat ministrare. In immensitate ergò, qua comprehensus ipse, comprehensor factus in via Viator adhuc, plenariè comprehendit, quàm suavis sit Dominus diligentibus, ac possidentibus se: in immensitate, inquam tanta Bonorum positus, dulcedine æternæ pinguedinis satiatus; famelicos nos reliquit omninò, ac sitientes, absque ulla penitus spe delibandi, quod ipse affluentissimè degustavit. Non enim tanta vel effingere penicillus, vel prætexere valet lingua, quæ nec auris audivit, nec in cor hominis valent ascendere; ubi, captũ ipsum trascendunt humanum: sed nec carnalis quidem oculus oculatũ testem se vindicare, ubi oculus perdit acumen: habeatur licet pro rato, inter dulcedines tantas, mortificationum amaritudines voluntarias fidelẽ servum immensas commiscuisse; *a* potum Aquam habens è silice, cibum radices herbarum, Terram stratum, Petram Ceruical: nè dulcedinum affluentia, attritione deficiente, eò corpus enervaretur ampliùs, quò Anima impinguata saginaretur: Gnarus & ipse, ad numerum vacuorum vasorum, olei fuisse portionem conduplicatò superinfusam.

Psal. 33. 9.
144. 9.
1. Cor. 2. 9.
4. Reg. 4. 6.

Latebat igitur Puer, contemplationi plurimùm, mortificationique sensuum, infracto infensoque animo mancipatus: sublimesque Animi virtutes, humilitatis cinere (Qui verè minimus erat apud Semetipsum, abjectissimumque de se judicium; ex propria optimè conspecta nihilitare conceperat) magnus licet veraciter esset coram Deo, in quo vera hominis magnitudo consistit; humilitatis inquam cinere, impensiori quo poterat studio, virtutes contegens oculatus; Omnipotentem, ad sui declarationem Amoris, quo illum complectebatur vi adhibita provocabat, Et optimo quidem jure: cum enim

Bb

a *Franc. Vic. lib. 1. c. 5. vita.*

enim nullibi Deum victum se beneficentiis obsequentium hominum præstitisse, compertum sit; (Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum) non poterat propterea non exaltari plurimùm, Qui suæ toto conatu incumbens depressioni, Dominum totis viribus ac virtute, omni studio, totaque vi, semper efferre conabatur impensè. Signis ideò, portentisque propè modum innumeris, eò altius, coram populis ac gentibus, servulum hunc suum humillimum extollere curavit Omnipotens; quò efficacius hic coram se deprimere, humiliare, conterere, seseque omninò exinanire, nè dum contrahere studebat; promissa implens: Omnis qui se humiliat exaltabitur & qui se exaltat humiliabitur. Sicque depressum exaltans, signis plurimis miraculis ac portentis Franciscum pauperem latitantem, Qui de pulvere egenum solitus est suscitare, ac de stercore pauperem elevare; tantò mox inclaruit, tuba canente fama, apud Universos Populos, Nationes, ac Gentes; eòque apud exteras Provincias fama virtutis ejus eluxit; ut è loco, quo humilis quinquenniò adhùc sederat, elevari continuò concurrentium compelleret multitudo, sessumque super Pin-
Matth 4.5. naculum Templi, super Altitudinem montis ire, festinarent;
Isai.37.24.
Luc.14.10. una omnes voce dicentes: Ascende superius: super montem
Isai.40 9. excelsum ascende; ascende super altitudinem Candelabri, Qui
Marc.4.21 pluris adhuc re depressisti; evangelizaturus exindè. Quid ad hæc senserit summæ humilitatis ingeniosissimus cultor; vobis trutina relinquitur pensitandum; Qui nostis; verum humilem eò in sui cognitione vilescere vehementius, quò amplioribus
2.Cor.5.14 affectum laudibus, exaltatur. Compulsus tamen omninò no-
Act 9.15. væ fieri Princeps militiæ; Divinis non censuit resistendum
1.Tim 2 4. mandatis, qui summis interius charitate stimulis urgebatur,
Rom.8.15. Divinum Coram Gentibus & Populis nomen & cultum asportare Minister; ad illiusque agnitionem omnes accendere, Qui non ad sui tantùm, sed & ad aliorum profectum, spiritum adoptionis acceperat, Princeps electus. Ergò pauculos primò (loquor cum historiographo a) eosque selectissimos sodales admisit, indeque de construenda fratribus domo optimus Pater ac Pastor animi plurimùm affectus ardore; vires animo respondentes non habens Pauper; Pauperrimam, spiritu pauper

a *Vid. in Vit. lib. 1. cap. 7.*

per, ope pauperculus, angustissimamque cœpit ædiculam erigere Architectus, Quam Augustissimam tamen exquirebat Augustus. Quid erit ergò? Ministerio Assinatis Paulanum ad ampliores domui terminos consignandum, voluit monitũ Omnipotens Fabrefactor, in hæc: *a* Francisce fili, amplia Templi Domusque Dominicæ terminos; nec paupertatis detinearis timore, ubi Universorum Dominum habes in hoc opere adjutorem. jacta cogitatum tuum in Domino, teque munificentiæ ejus concrede; credens, quod qui ex nihilo cuncta creavit, tibi non deerit suppetias operi necessarias ministrare. Pauper es, sed lętare, Ubi Paupertas, quam excolis, Evangelica, absconditus est thesaurus, sperantibus indeficiens: firmaideò semper spe, certaque in Deum fide est erogandus, ut queat in immensum excrescens, multiplicari. Evanuit Assinates; Paulano, voluntate pariter & ope, aliena licet, relicto divite in immensum; adeò ut nihili habens, se eundem illum Pauperrimum esse Franciscum, qui paulò antè; dirutis continuò prioribus ædis angustæ muris, amplioribus Augustissimisque præcinxit; ac si Princeps esset ditissimus, haberetque undè de proprio Satisfaceret tantis. Habuit porrò: nisi autem Ipse Ille oppidò, Cujus est orbis, & plenitudo ejus: Qui dùm nec dormire, nec dormitare comprehensus est aliquandò, pervigil semper in adjutorium servulorum in se sperantium; diù in suis divitiis oscitantem, Virum quendam nobilem Cosentinum excitavit, ut opem Francisco ferret; opes in opus erogaret Francisci, quas à Domino recepisse confitebatur. Paruit ille; Augustissimos, quos hic præfixerat, suæ Domui terminos, opere complens, perficiensque fidelis: Primis interim cum hoc Templo, Minimitanæ strictioris observantię Familiæ, post annos, nato Christo, à Quo omne datum optimum, mille quadringentes triginta quinq; *b* jactis ex Paulano Patriarcha stabilibus fundamentis: si tamen verum est, quod asseritur, quodve & Ipsi ex Auctoribus fide dignis excerpsimus: *c* Et Sodales, Franciscum annis natum novem & decem, admisisse, exactis jamdudum quinque insolitudine; & Templum Domino, Fratribusque Domum hanc, quam prædiximus, nobilis hujus

Marginal notes: Ps. 54. 23. — Ps. 49. 12. 120. 4. — 2. Reg. 22. 38.

Bb 2 Co-

a *Franc. Vict. in Vit. lib. 1. cap. 5.* b *Bzov. ann. 1435. & ann. 1507.*
c *Consule Bullam Canoniz. S. Franc. apud. Sur. 2. Aprilis.*

Cosentini ope ac opera construxisse; ex antè dictis.

Fama igitur virtutum paritèr atque miraculorum (Quorum & calculus ipse simplex aliis consultò relinquitur supputādus; nè fortè fines trasgrediamur & ipsi nostros) fama inquā virtutum ejus magis magisque inclarescente, deque die in diem gloriosius ex mirabilibus excrescente: Galliarum Rex Ludovicus, nominis hujus XI. angustiis plurimùm in utroque affectus homine, morbisque non levitèr correptus, habuit unde lætari plurimū, & sperare; fidens Omnipotenti, se fortè precibus meritis opeq; talis ac tanti Viri, in pristinum posse reintegrari, Sanitatique restitui, quam arte desperaverat medicorū. Missis itaque ad Ferdinandum Seniorem Regni Neapolitani Clauum Regentem, Nunciis, datis item oblationibus; pro Paulano suæ ditionis Eremicula (id enim tunc temporis Sancto Francisco nomē) *a* per Epistolam interpellavit enixè; omnia fermè pollicens, quibus inescari homines etiam piissimi solent; Opes videlicet, Gratiam, Cœnobiorum structuram, assignationem proventuum, aliaque id generis perplura beneficia repromittens. Habet in quo glorietur Ferdinandus: cupiensque inclito tanto Regi accuratiùs complacere; urgendum per nobiles è suis Proceribus legatos aliquos Calabrum Eremitam, non per simplices Epistolas, autumavit; nè sibi excusationes ullas prætexentem experiretur. Implet, sed in vacuum; orat, deprecatur, obsecrat, obtestatur; sed vanis precibus: Aulam obfirmatè abhorrentem Paulanum renitentem omninò votis experiens Virum Dei. Precibus posthæc munia subsequuntur;

(*Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque* b
Sapè vidi Iovem, Orbem dum perdere vellet;
Munere, Thure dato, sustinuisse manum: c)

Abacum videlicet Argentarium inauratum, cum universo instructu vasario; Sanctissimæque Dei Parentis, inextimabilis valoris, Imaginem; addito his Auri Sacculo: Quibus & Ferdinandus ipse, munificentiæ suæ Regalis Consonum pondus superaddidit pretiosæ ejusdem materiei; ut obsequentis Amborum animi Paulanus declarationem haberet, & argumen-

---

a *Consule* P. *Raynaud. Trinit. Patriarch. in Franc. Paulan.*
b *Ovid. meth.* c *Martialis Satyr.*

mentum. Qui autem omnia arbitrabatur ut stercora, ut Eum, à Quo & per Quem omnia, lucrifaceret; & ultrò delata constanter respuit, & prudenti respondit dissertione; se esse Pauperrimum Christi servulum, sectatorem pariter & discipulum; Regias eàpropter ejusmodi largitates Christi discipulo non congruere; ut voci obediat Imperantis: vende omnia, quæ habes, & sequere me. Quod ut strictius compleretur, specificè censuit iterandum: nolite habere aurum, neque argentum, neque pecuniam, neque zonam, neque peram, neque sacculum, neque calceamentum, neque duas tunicas habeatis; qui autem habet, det non habenti. Optima Fidelis Prudentisque servi responsio. Hanc tamen Ludovici Regis animum nec profligavit quidem in totum, ut desperaret omninò, se voti sui compotem fieri posse. Quod autem nec per se, nec per Ferdinandum Regem se obtenturum posthac sperabat, per vim speravit Obedientiæ, qua Animum fortissimum ejus se certè expugnaturum non dubitabat. Adit propterea, per Epistolas item atque Legatos, Potestatem in Terris absolutam habentem, Vicarium Christi Summumque Ecclesiæ Pastorem Sixtum, nominis hujus IV. supplexque, Calabrum Eremicolam Sanctæ Sedis Fidelem Filium, sibi rogitavit immitti; sperans à Piissimo tanto Patre, & precibus non frustrari: & vota obsequentis filii benigna subscriptione signari. Sistit se Sixtus Pontifex ad exposita; tantumque volens Filium gratificare, Franciscum humilem, auctoritate qua fungebatur clavium interposita, prompteque semper parentem, à maternis, nulla interposita mora, Pius Pastor avulsit uberibus. Ille autem obedientiæ Colla submittens; nec verbum porrò unum respondens; strato confestim corpis sui Asino, quo in itineribus pro vehiculo utebatur; Neapolim versus eadem hora se dedit in pedes, interdiu proficiscens festinus. Concedit Urbem; tanto exceptus honore, tantoque à Ferdinando Rege, suisque Populis, honoratus obsequio; ut occurreret venienti, obviamque videnti viro Dei procederet extrà mœnia, Regiæ omninò majestatis ac dignitatis oblitus; summaque indè suscipiens animi reverentia; ad Regiam invitavit. Tanta autem occurrit progredienti Civium multitudo; a ut

Philip 3.8. Matth. 19.21. Matth. 10.9. Luc. 3.11. Isai 28.9. Gen. 22.3.

a *Franc. Vict. in Vit. lib. 3. c. 9.*

ut nisi armatæ Cohortis custodia obstitisset; illum in Civitatis ingressu compressissent omninò. Invitus ergò, compulsusque divertit ad Regiam, qui non nisi Casas, petrarumque præruptos habitare solitus erat hiatus: Regem subinde, totamque familiam ejus per dies pauculos (pluribus per id temporis patratis miraculis) consolatus. Cumque ægrè ferret tanto privari homine, quem apud se à secretis retinere ministrum flagranti desiderio cupiebat; nec valens id exequi, ex rationibus antè dictis; benedictione sibi, suisq; humiliter impetrata, de tutelari ejus protectione in suis orationibus, voluit sponsionem; multiplicique indè affectum honore, sinit abire. Romam solvit, expeditus à Ferdinando; Christi Vicarii pedes osculaturus ex more, benedictionemque Apostolicam humili devotione impetraturus. Adit Pontificem; miraque corporis Animique demissione Sanctis ejus procumbens pedibus; petiit lachrymabundus, iisdem deosculatis, grata Benedictione signari; deque immenso Ecclesiæ Thesauro Charismatibus aliqualibus Pauper gratificari. Quantis verò à Sixto fuerit benevolentiæ signis exceptus, qui jamdudum ex Sanctitatis fama, in summa reverentia tenebatur; quantisque ob id fuerit favoribus cumulatus, est impossibile dictu. Tantum sciturі, nè dum tribus vicibus repetitis Hunc secum unà familiariter assidentem, de rebus Ecclesiæ Regnique Dei mysteriis, seriò fuisse Pontificem allocutũ: *a* verum etiam, in summæ benevolentiæ argumentum, & Sacro eum voluisse Præsbiterii ordine (ut gloriosior coram hominibus appareret) insignire; & favoribus multiplicibus cumulare; & Regulam manu porrecta, excitati jammodo ordinis ejus, ubi eam transcriberet, confirmare. Habuit porrò ex his tantis, undè plurimum se se contraheret humilissimus Dei servulus; Qui ex jngenti, quà agebatur cordis humilitate, & favoribus abrenunciavit contractus; & Præsbiter inaugurari renuit; indignum omninò se tali asserens munere, quo nec Angelis ipsis datum est insigniri: & Regulæ demùm, Ordinisq; confirmationem, Sanctitati suæ nõ esse adhuc à Superis demãdatã, vaticinatus est: fore tamen Cardinalem de Ruvere, illic astantem, id clementer executurum: cessurus interim minimus ejus Cœtus fluctuantibus un-

a *Raynaud. Trin. Patr. in Franc. pu. 5. n. 2.* b *Consule id Rayn. ubi sup.*

undis, quæ Diabolo operante posthàc furerent excitatæ. Porrò Propheta fidelis compertus est, qui in Divinitatis speculo totum videbat omninò, quod erat indè futurum. Acerrimè siquidem à Serpentinis nonnullorum linguis oppugnata, ut assolet, nova Sancti Patris statuta, aliquandiu obdormiere; donec in locum Pii III. Sixti successoris, de Ruvere Cardinalis ipse suffectus, sub nomine Julii II. & Regulam, tertio sui Pontificatus anno, Christi 1506. missis diplomatibus, solemni approbatam ritu, confirmavit: & ordinem ipsum Minimorum, privilegiis, gratiis, honoribus, indulgentiisque innumeris communivit. Eccles. 36. 18.

Ast Hei mihi lasso! Quis portum attingeret aliquandò, singula Taumaturgi hujus nostri mirabilia signaturus? magnum porro est, valdeque manibus spatiosum hoc mare; illic reptilia quorum non est numerus; nec diffuta illud eà propter navicula transfretandum; nec rudi hæc peniculo depingenda. Habenas itaque prudens retraham; velas inflectam; rudentes contraham cautus: ubi Aquis vehementioribus instantibus, non nisi certæ destinarer submersioni. Ps. 103. 25.

Ut igitur raptim principaliora alia quædam attingam: Benedictione à Sanctissimo obtenta; professione prius veræ fidei solemni apud Romanam Curiam emissa ritu; ibique primùm Minimorum suo Ordini prefixo nomine, sibique Minimorum minimi assignato; (Hæc planè humilitatis consummmario: in honoribus, in virtutibus, in Sanctitate multiplici se se humiliare) valedicens Italiæ, posthàc amplius in Eam non remeaturus omninò: Galliæ tandem, post ancipitem navigationem, Regnum subiit dilaxatus; exceptus à Ludovico (Filio interim òbviam occurrente, cum Aulicis, Capite ipso ut prædiximus infirmato) gratanter adeò, adeoque perhonorificè habitus; ut vix unquàm sive Legatis à Latere, sive magnatibus, vel Principibus, id idem alias contigisse legatur. Qui autem corde veraciter humilis erat Paulanus, non crescens oppidò inter honores, sed honoratus se contrahens; omni se dignum confusione comprædicabat. Deus verò; Qui nec flagitium sine pœna, nec absque præmio virtutem aliquandò dimisit; tantis eum apud Francos miraculis illustravit, ut antequam è vivis abscederet, in æternum Victuris consociandus,

dus; Sanctus viva Populorum voce, Canonizari mereretur, ac DeoCharus. Eàpropter & Ludovicus ipse, & Carolus VIII. ejus filius ac successor, in tantum venerabantur, tantamque ei Divinitus illatam sapientiam concredebant; (sed non abs re: dum humilibus potissimum Angelico judice, *a* orationiq; instantibus, dat Dominus intellectum:) ut Eo inconsulto nec quidquam facerent, nec fieri in toto Regno finerent aliquan-
Luc.13.17 do. Interim stimulis excruciabatur fidelis servus, illum facie
1. Cor. 13. 12. ad faciem intueri, in quem desiderant semper Angeli prospicere;
1. Petr. 1. 12. hìc non valens detentus in vinculis, elongatus à Patria, à Centro divulsus omninò. Conscriptis itàque jussu Divino regulis; quarum posteram, voto perpetuo à carnibus abstinendi, iri voluit consignatã: *b* confirmatisque à Sancta Sede Apostolica, sub Julio II. Ipso eodem Patriarcha inter vivos adhuc agente, Ordinemque suum per Orbem diffusum expendente: vocatus tandèm dierum satur, diei ultimi sibi revelato jam die, in ipso Parasceves, Quo Creator Crucem subiens, pertulit mortem; Eidem Creatori ac Redemptori Unicam suam commendans, sub annum 1507. *c* Turoni, in ejus Augustissimo Monasterio quod Carolus VIII. in grati animi argumentum munificentissimè construxerat propè Regiam; Astantibus Fratribus, Angelorumque millibus, placidè obdormivit Beatoque fine quievit, Qui Sanctissimè vixerat moriturus; æternaliter posthàc victurus in Cælo Beatus; festivisq; Dominum modulationibus laudaturus: Qui est Benedictus Amen.



a *D.Thom. in cap.12. Apoc.* b *Vict. in Vita lib.4. cap.17.* c *Sur.2. Aprilis in Act. S.Francisci.*



DE
S. CAJETANO
Thienæo Clericorum Regularium Patriarcha.

Fecit mirabilia in vita sua: Ecclesiastici trigesimo primo.



Vantò congruentius, mihi scriptorum minimo, de Beatissimo Thienæo; quàm de Nepotiano Doctorum maximo, *a* Purpuratorumq; signifero, convenit dicere: Grandes materias ingenia parva non sustinere, & in ipso conatu, ultrà vires ausa; succumbere: quantòque majus fuerit quod dicendum est, tantò magis obrui Qui magnitudinem Rei verbis explicare non valet. Qui enim verborum insulis; quibus colorum lenociniis, quibus dicendi phaleris Cajetanum Diuum effingam, Qui argumenti magnitudine obrutus, nec stupidā ad ejus ingentia, mentem attollere, nec blesæ habenas linguæ ad ejus valeo magnalia relaxare? Qui verè operatus est mirabilia in vita sua; quique summè in cunctis se se præbuit admirabilem, Eccl 31. 9. sua tot mirabilia insipienti committere, an deceat nescio: scio tamen Rationis expertem, nè dum aliorum quidem, sed nec sua jurè posse administrare, *b* quæ hominem non jumentum requirunt, ut scitè valeant ministrari. Quid ergò mihi erit hac luce de Lucifero Thieneo expendendum, qui tot mirabilium obsitus lumine, lucis in superioribus domus factus

a *Hierony. Epist. 3. Nepotia* b *ff. de servit. Vrb. Præd. leg. invit.*

expers? At quæ me tenet, Infelix tarditas ! latet me nè, latuit unquam; Lucem Hunc jugi proferre tempore cœcis, Quem lux illa Claritatis æternę superabundantèr adeò obumbravit, ut indeficienti semper affluat lumine ad effluvium ? Percontanti
Mar.10.51 itaque: Quid tibi vis faciam : Dic ergò Cæcus & Tu, cum experto, Solertique Evangelii orbo illo : *a* non Aurum expeto; non argentum, non perituras expecto divitias; sed nec honores quidem nomen item, ac famam anhelo ; sed ut videam Domine : Indèque omnia, ingenti, licet perfusa lumine, te posthàc clarè non ambigas expensurum. Miraculo non nisi
Tob.5.12. opus est tibi: qui diù in tenebris sedens, lumen Cæli videre non vales; ut in fulgentissimum Angeli hujus tremulos mor-
Jac.1.6. talitatis obtutus lumen intendas. Itaque haud hæsitans fide, fiducialiter pete ; nec te votis frustratum iri ambigas ; Certus præmissa tanta hæc mirabilia, revincta hæsitantia, referare, Cujus cultum exequeris obsequenter. Potens quidem est, Quē
Tob. 12. honoras: Domino acceptissimus, Quem prædicare contendis:
13. redde vota tua Patrono ; & Ipse lumina non nisi certò tibi
Ps.49.14. reddet amissa. Sed heu!Quis mihi det peccatori, ut merear auscultari, Qui non ignoro: Deum Peccatores non exaudire ?
Jo.9.31. Ad Canalem Confugiam gratiarum, (cordi id ipse dictat
Jo.9.7. Thienæus) si fortè solutis nexibus, ad fontes Siloè introducar
Act.9.12. gratificatus: oculos inibi, ut visum recipiam, absterfurus.

Tuis igitur pedibus provolutus Quæ mortalium schedulas signas & immortalium, ut accipiant sibi Congruentia Universi; singulique gratificentur, ut petunt: Tibi tarditatem meam committo; haud hæsitans fide, te me posse continuò habilem reddere ex inæpto; aptum omnimodo ex inhabili; ut quod feruens aggredior, explere posthàc valeam Accuratus. Ut autem preces meæ indignissimæ acceptiores evadant, precibus eas copulo acceptissimi Filii, servulique tui dilectissimi Thienæi; hæc interim promens adveneranter cum Gabriele : Ave Gratia Plena.

Fecit mirabilia in vita sua. loco præallegato.

Oh mores; oh tempora! Oh illuvies mundo noxia, & in-
Act. 1. 14. fensa : oh Corruptela Evangelicæ disciplinæ perniciosa plu-
2. 1. rimum ac damnosa ! Quis te compescet Effrænis? Ohinter- mor-

a *Gregor homil. in Evang.*

mortuum vivendi Apostolicum institutum! Quis te reducet ad pristinum? Oh Beata discipulorum sodalitas: Oh expetibilis omni tempore Vagientium Fidelium Unio! Oh Pax; Oh Charitas, Oh admirabilis virtus lactentis adhùc Ecclesię! Quis tibi consulet; ut posthac revivîscaris Elata? Oh desiderabilis Ecclesiæ nascentis Paupertas, ubi lates, ubi te aliquandò comperiemus? Num vernantem faciem tuam licebit invisere obcæcatis? Roma Civitas Civitatum Mundi Regia ac Regina, Orbis Dominatrix extensa, Caput Ecclesiæ, sedes Apostolica, Christi sinus: ubi quæso Apostolorum primi laudabiles illi ritus in tuis? Oh utinam! Jesus Redemptor omnium in templum Sanctum suũ intraret, Qui semper Templũ inhabitat Domũ suã: putas ne, Zelo zelans pro Patre omnipotente stimulis Majestati tãtæ debiti percussus honoris ementes pariter ac vendentes indè eiiceret in flagellis? Ubi nam Clericorũ mundissimus ille pristinus vitæ cultus, quo suavitatem ipsi emittebant odoris? Ubi Apostolorum impressa vestigia quibus investigabant Cælestia? Vestigia planè Porcorum delerunt ea. Heu calamitas miseranda! Phoh dolor! Hui eversio deploranda! Heu irruentes ruinæ, calamitates & miseriæ imminentes! Quis tibi mores geret Civitas Sancta Dei, ut reędificata succrescas? Modestiam planè, Simplicitatem, Perfectionem, Sanctitatemque Apostolicæ disciplinæ eversam funditus, nè dum dispersam desideramus quidem, sed non invenimus: dum qui nobis indicet non habemus. Miserere ergò Domine, miserere plebi tuæ Hierusalem; nè quæso despicias usque in finem Quam elegisti & assumpsisti, ut cunctis diebus ad consummationem usque habitares in ea. Da ei Domine Ducem ac Præceptorem, qui dilapsam è Capite Coronam ejus, gloriosius quam antè, reponat. Peccatum peccavit Hierusalem, ideò contemptibilis facta est nimis. At parce Domine parce Populo tuo; nè glorietur inimicus ejus super eum, dicens elatus; subiugavi Quem acquisivit dextera ejus. Si enim ingluvies adhùc omnia tenet; si luxus inundavit ubiq; si lacus undique se exporrexit illuviei: mitte Domine, mitte quem missurus es; ut vineam tuam excolat; ut à loliis illam expurget; ut emundet à Spinis; ut immunda detergat, renouet immutata; diruta restauret, atque prostrata,

Psal. 10. 4. 3 Reg. 19. 10. Joa. 2. 15. Eccl. 24 20 Eccl. 36. 14 Ps. 64. 5. Matth. 28. 20. Isai. 55. 4. Thr. 5. 16. 1. 8. Joel. 2. 17. Psal. 77. 54. Exod. 4. 13 Zach. 9. 9.

Zach.q. 9. Eja exulta satis dilecta Filia Sion: jubila & lætare Filia
Tob.5.14. Hierusalem: in proximo enim est ut saneris à Domino. Hilarare interim Sancta Mater Ecclesia: solare Sponsa Christi lectissima; quoniam natus est tibi hodie Instaura-
Luc.2. 11. tor, Qui est Cajetanus in Urbe inclita Vicentina. Excipe ergò festiva Puerum; occurre festina Reparatori; lætaque nexuum, ac noxiarum Suscipe Peremptorem: modò genitum
1 Petr 2.2. vagientem infantem in ulnas excipe gaudens; amplectere hi-
Luc. 2. 18. larescens, & osculare; Hic tibi honor erit, Salusque tuis, dum ad Pristinam illam Apostolorum perfectionem, multo quidem studio ac labore, totisque viribus & conatu, illos iteratò reducens; postremis hisce sæculis Ecclesiæ primitivæ fulgentissimum statum illum splendescere faciet, & micare. Ducem quippe, Antesignanum, ac Patriarcham præcipui cujusdam Ordinis militantis, cùm ad excolendas veteres illas, emortuas penè, vineæ plantas, novasque fertiliores inserendas, tùm ad perdendos sævientes undique inimicos, tùm demùm ad Fidem ubique Terrarum viriliter propugnandam, Fideiq; vexillum in omni mundi parte infatigabiliter erigendum, summus Eum delegit Omnipotens rerum omnium Archite-
Job. 2. 10. ctus. Benedic ergò Deo Sponsa Purissima; frugesque exortæ plantulæ gaudens expecta, præstolare secura.

Igitur Vicentiæ (Inclitas inter Urbes Venetiarum, Urbs præclarissima) nobilissima ex Traduce, Illuminati orbis Anno octogesimo supra millesimum quadringentesimum, Lucem primùm aspexit Lucifer Cajetanus; ut tenebras lumine suo fugaret hæreticales, Umbrasque militiæ Clericalis, suæ lucis splendore, illuminaret. Quid ergò? Multa quidem ac multa
Sap. 8. 19. ex tunc à natura; sed immensa prorsus à Gratia, Qui Gratiæ Fœtus dicendus erat, sortitus est munera, & cum muneribus ipsis, Animam penitus Optimam. Naturalibus tamen donis, Gratiæ fœtus ipse, prudens renuncians; Gratiæ, sapientia
Jacob.4.4. fretus, excolenda plurimùm amplexatus est munia: illud fortè Jacobi memorans: Quicumque voluerit amicus esse sæculi hujus (Qui autem Sæculi hujus nequam Amici, nisi Qui Gratiæ spretis donis, naturalibus gloriantur, & efferuntur?) Inimicus Dei constituitur. Siquidem è Thienæorum licet spectatissimo stemmate (cui & Infularum splendor, & Amplissimæ

Qui-

Quiritum Purpuræ,& Suprema Præfecturarum nomina,& Ducum Trabeæ; & Tituli, & Fasces, & opes plurimæ, ac Fortunæ, ad effluvium (teste Silos,*a*) haudquaquam ex priscis jammodò temporibus adhùcusque penitùs defuere:)licet inquam è tali stemmate Sanguinis Cajetanus ipse vendicaret nobilitatem;præter itèm ea,quæ sibi natura contulerat gratiosè,ingenium nempè,perspicacitatem, Acumen,cæteraque id generis munera naturalia: Pompæ tamen, Familiæque Splendori; imò & sibi ipsi. Quod plurimi est faciendum, abrenuncians oculatus; maluit Christo propior mendicare, cum humilibus ac mendicis despici, suam excolens in cunctis abiectionem; Mundo delitescere, sæculi inimicus ex tunc constitutus, sibique ipsi nè dum mundo item, in omnibus contraire; quàm dignitatibus,procul a Sole Divinissimo Christo, honoribus, bonisque omnibus Terrę cumulatiùs utcùmque affluere semper,& abundare. Edoctus enim à Spriritu,verum haud posse Christi discipulum evadere quemquam, nisi omnibus priùs renunciatis omninò: omnibus oppidò ab ipsa Pueritia firmissimo ex tunc animo, Re non valens,se se expoliavit,cunctisque cum lacte ipso rebus omnibus oblectantibus ex tunc cessit;mundique renunciavit oblectamentis; aliud sibi non retinens, ex tantis quibus suos affluere expendebat, nisi Christi Domini ipsissimam Paupertatem, quam Partem suam uberrimam dicere solitus erat. Nec propterea quod Doctoralis indè Juris utriusque laureola fuerit vi insignitus; impiè fari potest Detractor,ab humili Christi Domini instituto initiò aberrasse, dum Christum ipsum, non in fascibus, & honoribus, sed in humilitate & Paupertate sequi decreto firmarat: quoniam nec Spectatissima Patrum Familia suo detrimentum inferri aliquod patiebatur splendori; nec dignitates ipsas,ac Fasces, Thienæus flosculus induens, exuit Charam sibi humilitatem Christi, ac Paupertatem; dum brevi ex tunc,abiectoque, togæ vicæ, contentus sagulo; & Fascibus, & Togis, & pompis, & vestibus ipsis splendidioribus; quin & magistratibus jurè sibi debitis; nec non & legibus, ac Juribus itèm ipsis brevì posthabitis; Arctioris vitæ instituto, ad suæ mentis propositum, admirantibus Universis, Animum mancipavit, & Corpus: Luc.14.33.

Cor-

a *P.Silos hist.Cler.Reg.p.1.initio.*

Corpus quidem (spretæ jammodò nobilitatis detracta larva) per crebra Pietatis officia, veræque humilitatis, ac diutinæ macerationis exercitia; Animum verò, per intimam sui
Apoc. 3. 1. ipsius abnegationem, qua vivens, mortuus erat in semetipso;
Galat. 2. 20 Alter Apostolus, qui dicebat: Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus. Undè optimè gnarus, Christo ipso immediatè donari Quidquid in Pauperes erogatur; Paupertatis
Matth 25. 40. eximius factus Quæstor, pauperibus omnia sua munficentissimè, hilari quidem fronte, profudit; ità ut brevi depauperaretur, Qui ditissimus vindicabatur ubiq; Sed nec côtêtus omnibus jã pro Christo bonis depauperari: Christum ipsũ, per se-
Ps. 18. 6. mitas, quas Ille exultans ut Gigas, calcavit Iustitiæ: (oportet
Matt. 3. 15. nos implere omnem justitiam:) Cursum & ipse ad modulum infirmitatis humanæ, rapidissimum currens, post currentem
2. Tim. 4. 7 Athlantem; prosequi curavit anhælans; ut cursu consumma-
Phili. 3. 14. to, ad supernum pertingeret, cum ipso currente Christo,
1. Cor. 9. 25 Regni Cælestis bravium, laborantibus promissum, ac desudantibus in Agone. Precellentium propterea, consummatorumque virorum, accurato studio pervestigans exempla; per eorundem vestigia exactè adeò gradiebatur Tyro; ut omnium ad se traheret oculos perfectorum, futurus & ipse, grandiori ævo, omnigenarum Virtutum Vir plenissimè consummatus,
Luc. 1. 17. earumque speculum, & exemplar; cæterorumque Dux ac Præceptor: paraturus indè Domino plebem perfectam.

Ast quæ nam ingentia tanto poterat pectori Vicentina Civitas ministrare; cui totus penè mundus brevissimus videbatur omninò? Dedecent quidem Herois septula perangusta: Gigantes breve dedecet Angulum, breve stadium, Antriola parva. Latiorem ergò descendat opus est in Arenam, Qui non ut
Matt. 5. 16. lateret sub modio, sed ut omnibus prorsus luceret, super Altissimũ collocãdus Candelabrũ, descenderat è supernis. En ora-
Isai. 49. 6. culum vatis, nè quęso simus increduli: Parum est, ut sis mihi servus, ad suscitandas Tribus Jacob (poterant quidem esse Populi Vicentini) & fœces Israel convertendas: (Regiones Venetiarum omnes intelligi, potuissent) ecce Dedi te in Lucem, Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum Terræ.

Extructo igitur priùs in Patria perinsigni quodam *a* Templo,

plo,

a *Silos ubi suprà.*

plo, Pœnitentique Peccatrici dicato;ut inibi poenitentia salutari peccatores abluti, Dominum in hymnis, & canticis Collaudarent: Romam,mundi caput, Orbisque Aulam,quam Numinis Consilio concedere jampridèm decreverat, offendere quantocyus festinavit;non quidem ut Aulicas fortè aucuparet inibi dignitates; qui enim naralitias sibi debitas in domo aufugerat cautus, ad exteras haud poterat extra Patriam anhælare: Sed ut Altioribus ibi instructus mysteriis, selectioribusque documentis imbutus, Pietati vehementius, ac perardentius, à suis avulsus omninò,insisteret vindicatus. At ubi primùm Aulã concessit, ac si Fama præcessisset Advenientem: Notus jammodò per excellentes Animi dotes, præstantesque Animæ virtutes summo totius Ecclesiæ Præsuli Julio nominis hujus II. Prothonotarius Apostolicus Curiæ inaugurari extemplò meruit, Qui dignitatibus haud penitùs in Patria acquieverat,ut probavimus.Paruit tamen ad tẽpus obedientissimus Ecclesiæ subditus, nè Parenti maximo inobediens aliqualitèr videretur: sed quia tam gravis sarcina impedimento ei erat incessui; (nonenim usum habebat,David Alter) sacris 1. Reg. 17. 36.
post pauca initiatus, fuga se abripere pertentavit. Iri tamèn prius id voluit cum Domino Deo suo Consultum, cujus consilio(nouus Elias) cuncta exequebatur, nè consultationis defectu,argueretur erroris: à Quo monitus,ur abscederet, nè periret, Vicentiamq; iteratò contenderet,posthæc Venetias petiturus:sibique imponeretur exindè, quid facere oporteret. Totum, quod habuit in commissis, parens mandatis, absolvit: Act. 9. 7.
Sodalirio cuidam in Patria priùs annexus, antèquam inde discederet, Venetias offensurus;ut aliqualiter ibi priùs in inserviendo infirmis, insanabilibus, ac leprosis, Tyro generis hujus militiæ, instrueretur, Qui toto fermè tempore vitæ suæ, diu noctuque, jugi vigilantia in id idẽ erat insudaturus exindè. Jussu itaque maximi moderantis, nè obedientiæ meritis fraudaretur, diù jam consummatus in Hieronimyniano Xenodochio apud Vicentiam; factus jammodò quasi unus ex 2. Reg. 6. 22.
scurris, qui primitias Civitatis sibi antehac non injuria vendicarat;Venetias petiit festinanter ex jussu; infirmorum Nosocomio, Christi amantissimus scurrus, itèm inserviturus. Adit nulla penitus interposita mora, sibi inditum locum, Xenodochium

chium nempè Incurabilium; officinasque ingreditur; visitat Insanabiles, asciscitur servitoribus; Sodales allevat; laboribus ultrò se subiicit solus, qui cæteris delicatior, labores utcumque poterat aliqualitèr declinare; tantisque subindè, in demissioribus officiis exequendis, se se conterebat assiduè; omnibus
1.Co.9.22. omnia factus, virtuosior cunctis; ut Apostolus Alter jure mereretur optimo compellari. Sed nec contentus quidem illis in vilioribus exercitiis omnibus inservire, liberali adeò munificentia totum, quod habere poterat erogabat in illos, pane tantum pro se contentus & Aqua; adeòque damnato corporis cultu, cùm propriis, tùm ex mendicimonio aggregatis pecuniis, illorum necessitatibus optimus Optitulator subveniebat; factus perindè diruti penè eorum Xenodochii instaurator; a ut non homo quidem, apertis vocibus, sed unus è supernis spiritibus, ad eorum subveniendas necessitates missus è superis, vindicaretur ubique: ità ut publica ibidem apposita inscriptione, a Principalis eorum Xenodochii Auctor, omniumque penitus ac singulorum Præcipuus Benefactor meruerit in posterum nominari. Dum autem omnium Animos, ex his tantis, ac cæteris magnis operibus, sui admiratione compleret; placuit Ei, cujus jamdudùm se subjecerat ditioni, Romam iteratò legare; ut opere jam collimata côpleret; vincula: quibus miser illa dudùm alligabatur, Ejus ope & opera disrumpturus: dicente jampridem ipso eodem Principe Christo discipulis (in figuram forte resurgendæ novissimis hisce temporibus Ecclesiæ; resuscitato jam Laza-
Da.11.45. ro) Solvite eum, & sinite abire. Non itaque Imperio moram, qui jussus morabatur inserviens; sed nec profectioni excusationem quidem prætexuit aliqualem, Qui tamèn licitè poterat aliqualitèr excusari, vel aliqualem in hoc implendo jussu remoram trahere; periculi sibi imminentis prætextu, ex dignitatibus, quibus vi Dominantis, in Aula, posset iteratò fortassis miserabilitèr implicari, eorumque nexibus devinctus denuò, deperire. Promptam siquidem parentiam exhibens, qui jampridèm devoverat cæcam; nobis insinuavit, nihil esse penitus moræ interponendum in divinis jussioni-
Gen.22.3. bus adimplendis; Abrahami primùm, indèq; Josephi Santissi-

a Consule Euretam Misuscuhin vit. S. Cajetan. lib. 1. itè P. Silos lib. 5. hist

simi ad exemplum; quorum Primus immolare Filium suum Gen. 22.3.
Unigenitum jussus, eadem continuò noctis hora consurgens, stratoque asino, præcepto paruit Dominantis; Secundus verò admonitus in somnis, ut surgeret, pergeretque profugus, cum Puero & Matre ejus, in Ægyptum; nulla penitùs interposita Matth. 2.
mora: consurgens nocte, secessit continuò in ægyptum. Ro- 14.
mam propterea (iter aggressus extemplò) festinus subiit Cajetanus, parens mandatis; vocibus, sive carnis, sive inimici larvati non acquiescens, foret iterum videlicet in foveas, quas transilierat, incisurus. Et quidem, Deo id operante, nullis, ut antè, Aulicis curis discerptus in Curia; totus subindè in altioribus moliendis hærere potuit gravis; factus jammodò congregationis Divini Amoris, (ubi primùm Cleri, per abrupta vitiorum gradientis, immutationem occæpit mentis oculo collimare) summa cum animi exultatione suique cordis letitia, Consodalis. Hinc itàque magnis semper expendens fletibus, semper amarus, honesti cultum, ac decus à Clericis Psal. 67. 7.
aufugisse; (quos licet consodales, ut plurimum, in eodem haberet sodalitio, non tamen unanimes, ac unius moris in Patris domo experiebatur utcumquè) omnemque funditùs Apostolicam in eis Fidem, Probitatem, Pietatem, Humilitatem, Charitatem, Justitiam, Paupertatem, virtutemq; omnem esse contritam, nè dum suppressam aliqualitèr, vel tantum humiliatam: ita ut Exul prænosceretur, quæ Orbis, nè dum Urbis Domina fuerat antè, ac Dominatrix: tantum ferre non valens, Zelotes ipse Divini cultus, spectabilissimo Ordini Apostolico inferri opprobium; stimulis usquequàque perculsus; ad pristinum illum revocare splendorem, Animum mentem pariter ac vires intendens; maluit inimicitias, cum sui dispendio, cum Effrænis inire; quàm cum illis, Quæstor, vel Aucupator honoris, in Æternum perire. Multas tamen multasque ob id pertulit lacerationes ab Inimicis; immensisque propemodum lacessitus fuit injuriis, conviciisque innumeris, ac maledictis affectus; nec non & grandia quæq; sustulit patiēter Martyria Martyr Amoris; vastasq; à Larvatis ipsis incurrit difficultates ut Foetum pareret, quem ex Deo conceperat inspirante. Aquæ tamen multæ Persecutionum, contrarietatum, obtrectationum, ac difficultatum, non valentes in ejus pecto-

re extinguere Charitatem, cujus ignibus æstuabat: peperit, quē concepit. Qui enim mundo datus erat, ut mirabilia operaretur in vita sua; corda hominum immutando, mores Populorum inflexos erigendo, Oves deperditas revocando, mundum lascivientem refrænando, orbemque Clericalem prostratum, ac profligatum relevando; omnia planè, & vincere illum decebat, & suppoſita impedimenta omnia superare; adversaque gravia, & infensa quæque æquanimiter ferre; & cuncta noxia tolerare; ut admirabile tantum opus, ad suæ mentis propositum, Victor expleret. Ipse siquidem fidelis ille servus erat,
Matth. 4. ac prudens, quem constituerat Dominus super familiam suam,
46. ut & relevaret oppressam, & inopem redimeret, & dubiam informaret, & revocaret errantem, & hærentem consolidaret, & famelicam aleret, & ad portum tandèm deviam gradu conduceret inoffenso. Familię propterea consulens, pro minimo
Art. 41. contumelias quascumque pati ducebat; lætus utcumquè in augustiis, gaudens in opprobriis, hilaris in pressuris, patiens in martyriis, promptus jugitèr in laboribus; ut Eidem opitularetur in cunctis: nè fatiscens jammodò Religionis ætas, clade quodammodo imminente, sævientibus inimicis, & corrueret profligata, & prostrata deperiret exagitata.

Jamdudùm itaque mente conceptum opus, operi quantocyus demandare, omni ope contendit, Qui stimulis agebatur Amoris. Opem propterea consilii à quodam Bonifacio à Colle sui intimissimo; atque in rebus arduis expertissimo, ejusdemque Divini amoris Congregationis Consodali, expetere non erubuit, Qui Sapientia plurimùm, Consilio, doctrina, virtuteque multiplici affluebat: veritus, nè suo plurimùm innixus judicio aberraret; Sapientis in id monitis se conformans: nè innitaris prudentiæ tuę. Aperuit itaque Amico con-
Prov. 3. 5. siliario (Consiliarius sit sibi unus ex mille) sui cordis Arcanum; nihil penitùs de collimatis, menteque tractatis adhùc sibi retinens, quod nō reseraret omninò. Qui quidem porrecta dextera: & consilium mature subindè discussum approbavit; & auxilium ultrò despondit; & socium se sibi inseparabilem dedit tanti operis exequendi. At quale poterant, nè dum exequi, aggredi tantùm opus, Hi solùm cultores duo Spineti (vereor Vineam dicere, nè fortè, spinis jammodò precognitis, labru-

bruſciſq; prætactis, mentiri videar) depravatæque Clericalis diſciplinæ; (deperditæ dixerim, ſed iram me Nonnullorum incurſurum expavi) Qui undè illuvionibus tantis condignas, ac neceſſarias afferre ſuppetias non habebant? Omnipotens propterea ac Miſericors Deus, qui bona ſervorum ſuorum, piorum deſideria benigno ſemper favore proſequitur, nè in ipſo gutture ſuffocata, depereant; Tertium tantæ molis excitare non deſtitit Extructorem; *a* magnum planè, magnique momenti virum, Joannem Petrum Carafa, Epiſcopum per id temporis Theatinum, indeque ſub Nomine ſibi Pauli IV. aſcito Paſtorem Eccleſiæ maximum, ejuſdemque itèm Divini Amoris ſodalitii tunc Conſodalem. Qui quidem, cùm & ipſe Zelator idem optimus diù id idem animo pertractaſſet; negotii tamen arduitate perterritus, conſtiterat adhùc immotus, ſuæ Provinciam tanti momenti committere non fidens tenuitati; expectans tamen anhælans Excitatorem, qui conſolationem Iſraeli diù deſideratam afferret. Ubi autem Cajetani Luc. 2. 25.
animum ignitum præſentiit, atque votum; feſtinus illum adivit, obnixè deprecans, nè tanto ſe commilitonem abnueret operi, Quem Eccleſiæ itèm utilitati, animo jamdudum conſuluiſſe, ni re, gravitate tamen detentum crederet, ac teneret: futurus & ipſe in omnibus ejus Sectator, Diſcipulus, comes individuus, Pediſſequus fideliſſimus, ac Miniſter (*b* miniſtrum eum credens omninò, à Domino excitatum ad tantum opus) ad ſanguinis uſque effuſionem, mortemque (ſi tantùm oporteret) imperterritè ſubeundam. Expavit Thienæus ad hæc, inveſtigabiles advertens Domini vias, quibus orbem Rom. 11.
præclariſſimum Clericalem, ad Apoſtolicam omninò formã, 33.
noviſſimis diebus iſtis redactum iri volebat. Undè cum Vate Hebr. 1. 2.
exclamans, ait: à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in Pſ. 117. 23.
oculis noſtris. Volens tamen Præſulis Theatini firmitatem Luc. 24. 29
aliqualitèr experiri: animo ſe longius ire finxit à votis ſuis:
Epiſcopum eſſe, nec licere propterea, poſt habita Gregis cura, Matt. 5. 18.
ſuæ ſtudere tranquillitati. Poſitus quippè jamdudũ ſuper Candelabrũ, ut luceret omnibus: gradum ſe non poſſe iterum revocare, abſcõdiq; ſub modio: fore, ut aliquãdò mutato propoſito, mutatum habitum, infulaſque rejectas cum deſpendio expe-

a *Silos hiſt. Cler. Reg. lib. 1. initio.* b *Miſuſo. lib. 2. vita S. Cajet. initio.*

teret iteratò. At fervens Carafa, qui Divini Amoris igne inflammatus urebat, flexo poplite, lachrymabundus Cajetanum cœpit iterum atque iterum efflagitare, precibusque iteratis pulsare, nè in socium moliti operis (indignum licet) abnueret aggregare. Cessit precibus Thienæus, Domini in id liquidò
Act. 7.51. voluntatem prænoscens, nè Spiritui resistere videretur, Qui
Sap. 8.1. suavitèr id grande opus disponere per hos suos commilitones volebat. Petitionibus propterea ejus fervidis acquiescens; fa-
Eccl. 4.12. ctum est, ut Præsule aggregato, funiculus triplex hic nè dùm difficillimè rūperetur, sed & perduraret colligatus æternùm: eò fortiùs roboratus exindè, quo consiliis irèm ac fortitudine Consiliarii optimi, Pauli Consiliarii, Carafæ addictissimi, in quadrigam assumpti, firmiùs communitus.

His itaque sub Principibus, *a* Domino cooperante, ac ser-
Marc. 16. 20. monem, votaque confirmante, ejusque in Terris Vicario, innumeris propemodum expunctis, expugnatisque difficultatibus, concurrente, sensim in orbe visa est commotio, & immutatio (ut alio argumento effatus est Damascenus *b*) illa nimi-
Ps. 112. 5. rum in Aulicis, hæc in Clericis: ita ut decrepitus jāmodò, discerptusque plurimùm Clericalis ordo, Aquilæ juventutis adinstar, juvenis refloreret extemplò; vernansque appareret ex inde sub spectatissima antiqua Apostolica disciplina, qui squalidus, sub novis Novatorum moribus introductis, macesque plurimùm visus fuerat adhùc vsq; Quis ergò hęc mirābilia
Psal. 25. 4. magna valdè non demirabitur stupens? *c* Intermortuum Apostolorum institutum novis sub Astostolis revocatum ad vitam! Clericatus, triplici Castitatis, Obedientiæ, Pauperratisque voto districtus! Clerici sub Regularium districtissima disciplina devincti! Libertas Clericorum (effrænis penè dixerim) intra claustralia septa munita! Depaupertati, Qui divitiis affluebant affatim! Bonis omnibus spoliati, omninò pauperes, ac mendici (absque tamen mendicandi penso quod est mendicitatis levamen,) effecti, Qui paulò antè ad effluvium bonis omnibus abundabant? Addicti Præposito, libertare qui fruebantur ad libitum! Simplici veste protecti, qui togis, ac fascibus videbabtur ante hàc insulati! Mundo, Patria, Paren-

a P. *Castald. lib.* 1. *Vita Cajet.* b *Damasc. orat.* 2. *de dormit. Virg.*
c *Consule* P. *Silos lib.* 2. *hist.*

rentibus abdicati, qui Sole lucidiores sedes suas mundo fixe-
rãt Gloriosi! Curis omnibus expediti, qui curis multiplicibus
impediti detinebantur! In communi viventes, qui ignora-
verant adhùc communitatem. Nisi hæc, quæ nam ritè dici po-
terunt mirabilia? Ubi altera Excelsi mutatio gravior? Opus Ps. 76. 11.
oppidò grande: opus excelsum: opus cunctis Gentibus admi-
randum: opus, quod Summus Opifex ipse Extenti virtute Ps. 77 29.
Brachii novissimis hisce diebus nostris est operatus, ut genua 43. 2. Isai. 35. 3.
debilia roboraret, utque Operantis & nunc plurimùm poten- Mich. 5. 2.
tia laudaretur sicut à principio, in quo potentialiter cuncta Ps. 117. 23.
visus est operari. A Domino porrò factum est istud, & est mi-
rabile in oculis nostris: mirabilium licet omnium Patratorem
Confiteamur. Tibi interim, Præclarissime Dux Thienæe; tibi,
nobilissime Princeps; tibi, Sanctissime Patriarcha, Excitatori
novissimo tantæ rei, Cælites cuncti invident ac Terrigenæ; dũ
in opere tam præcelso, tàmque sublimitèr grandi, coadjutor
effici meritus es Divinæ dexteræ excelsi, quæque grandia ope- 1. Cor. 3. 6.
rantis. Non mentiar proptereà dicens: Tibi Clericorum Præ-
ceptori potissimo potissimùm omnes teneri, districtoque jure
se tibi profiteri divinctos, Quotquot nomine Clericorum re-
gularium censeri merentur, & insigniri: tibi interim Invictis-
simi militaris hujus ordinis vendicato Patriarchatu: dum Ec-
clesia ipsa vendicans in fide nõ aberrans, & veritate; sanu pla-
nè & in annexis semper judicium visa est protulisse. Tu verò
dum ipso sub Sanctæ Crucis exaltatæ, cujus insignia uti pro-
pria suscepisti, gloriosissimo vexillo, militarem hunc tuum
ordinem primitùs aggregasti; ominaris, ut Videns; quod nec
defatiscet vexatus, nec minutus decrescet, nec profligatus de-
peribit omninò; sed de die roboratus, & crescens: divexatus
licet, ac agitatus ab inimicis, ad consummationem usque Matth. 28.
dierum vegetus permanebit, ac florens. 20.

Emissis igitur; ritu solẽnissimo, in manus Episcopi Casertani,
b Põtificio jussu, in ipso, ut prædiximus, Exaltatæ Vitæ Arboris
die, anni hominis Reparati, ex ligno eodẽ Sãctiss. 1524. emissis
inquam tribus regularibus votis, Obedientiæ, Castitatis, &
Paupertatis (sinè quibus, teste Angelico, *c* Religio nulla per-
sta-

a *Castaldus & Silos in Actibus Cajetani*. b *P. Silos ann. 1. Cler. Regur. lib. 2. hist. fol. 37.* c *D. Thom. de Relig.*

ſtaret, imò nec Religio dici poßet omninò) Regularium Quadriga Clericorum; quantis ipſi ſubindè ſe ſe virtutibus manciparint votis obſtricti, qui omnibus liquidò, prius liberi, affluebant; veſtrum Quiſque per otium, me impedito, exploratum ire contendat; dùm raptim, gravatus ipſe, duas tantummodò, ex innumeris, Cajetani Sanctiſſimi delibandas præbebo; nè omnes reticens, omnium reus efficiar; Charita-
Pſ. 103. 1. tem videlicet, & Patientiam: Quarum illa Apoſtolum, Martyrem hæc, viciſſim reddere ſunt conatæ certatim: ut confeſſioni porrò, decor non deficeret atque decus; ubi lumen ipſum Cæleſte, toris mixtum, concinnè quidem ac venuſtiſſimè liliatum, daturum erat amictum. Ut enim inter martyres aſciſci mereretur confeſſor; a martyrium licet ipſi defuerit, non deficiens ipſe martyrio: voto ſæpè, re nonnunquàm & actione, ſanguinē pro fidei confeſſione, Confeſſor Chriſti, deſiderio martyr invictus, effudit. Cui ergò Coronam immortalem contexuit Una; immarceſcibilem Altera & palmam præbuit, & honorem; quemve ignivit illa, hæc victimavit exactè; nè præmio fraudaretur utroque: quin imò dum Patientia, ex perlatis multis, Angelum approbando fidentèr, inter homines reddidit admirandum, Quem & Apoſtoli, ex conſodalitate martyrii Angelis concertantes, ſui eſſe Ordinis vindicabant; Charitas in ſedibus ipſis collocans Apoſtolòrum; ipſum, Angelicam in Carne duxiſſe vitam, certis omninò vindiciis ſtabilivit.

1. Joa. 4. 16. Hanc igitur virtutum omnium Reginam, Dei Filiam Deique Sponſam, Eſſentiam identicam Deitatis: Deus enim ipſe Charitas eſt: Principem in Cajetani pectore locum obtinuiſſe, non dubium; dùm Charitate ipſum ſemper vixiſſe, Charitate luxiſſe, charitatis ignibus omni tempore æſtuaſſe, Fœtum ipſum puriſſimum Charitatis, in confeſſo eſt apud omnes. Tantis quippè Amoris ſemper ardoribus æſtuabat, ut & Aſpectus exterior, nèdum Actiones & Verba, conflagrationem intimam apertis vindiciis indicarent. Dum autem per oculorum feneſtras erumpebat non rarò, Ætna ignibus flagrans, in lachrymarum torrentes reſolutus; mundo novum quid indicabat, poſſe videlicet flammas pariter & Aquas in eodem ſu-

a *Habes apud Novarin. in Vmbr. Virg. excur. 27. n. 287.*

subiecto consistere reseratas. Id autem tunc ei potissimùm eveniebat, cùm vel præcipua Salvatoris mysteria meditari, vel ejus solemnia contingeret celebrare. Nè verò tepiditatis argueretur nota; Qui alloquentem sibi contingerat aliquandò Dominorum Regem expendere, *a* dicentem sibi: Fili præbe mihi cor tuum; ut & amplioribus Charismatibus cumulatum, & flagantioribus utcumque Divinæ Charitatis meę reddam ardoribus ęstuatum: impensè adeò, diu noctuque, in excubiis Domini pervigil erat; studens totis omninò viribus, per Animi Puritatem, per Patientiam & Charitatem; per Castitatem & mortificationem omnium sensuū; ac p cætera bona opera magis magisque Domino Deo suo placere, illique acceptabile sui cordis sacrificium immolare; ut omnimodam mereretur exindè in conspectu ejus Gratiam obtinere. Factus ideò ex jugi consortio sermonis Domini, & flagrantior Charitate, & virtute lucidior; non mirum planè quin & ardores & flammæ erumperent, quasi faculæ ardentes ex vultu, & obrigentes homines respectos tantùm igniret; ità ut vulgò diceretur; frigore torpens eat ad Cajetanum & æstuabit. Et quidem non scintillula, vel tenui Charitatis facula urebatur; sed Charitate ipsa, sicut vestimento amictus; Æt nam in corde semper flagrantem Divini asservabat Ardoris. Hinc porrò & immutationes producebant Deperditorum; & Tortuosorum retractationes manabant; & Hallucinatorum in dies palinodiæ erumpebant: ubi quæstor ipse studiosissimus Animarum, per loca circuens interdiù, perque viculos ac plateas quærebat anxius quem salvaret: nocte verò inventum debitorem Altissimo proponebat hoc pacto, ut nisi dimitteret alligatum, alligatum se mitteret in tormentis; dicens & ipse cum Mose: Obsecro Domine: aut dimitte eis hanc noxam quà devincti pluries alligantur, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Deperditū propterea diem illum existimabat omninò, (magni nominis Principis illius ad exemplum *b*) in quo vel miseris non esset opitulatus, vel Errantes ad ovile non conduxisset. Levis ideo sarcina ei quælibet videbatur: importabilis licet humeris aliorum; qua vel Errentes reducere, vel Miserabilibus opem ferre, vel Mortuos sibi con-

[Margin notes: Pro.23.16. — Psl.103.2. — Cant. 3. 2. — Mat.18.28 — Exod.32. 35. — Matt 11. 30.]

a *Consule Caracc. in vit. Cajet.* b *Apud. Suet. in Vit. Alex.*

contingeret suscitare. Cum enim Proximis quoquo modo subvenire necessum erat; nihil negotii, *a* nihil operis, nihil aliud habebat præ manibus, quàm operis sibi propositi totus esse; sibique demandato negotio totus insistere occupatus: nullo prorsus, ob id, fœditatis spectaculo territus, nulla detentus cujus libet potestate, vi nullius distractus, atque potentia. Assiduo itaque labore ægrotantibus inservire; jugi noctis tempore vigilare; abiectum, quod libet opus amplecti, nil gravitatis, infensæ licet vitare; nulli penitus se labori subtrahere, studia ejus erant accuratiora, adeòque & quotidiana oppidò, & familiaria, ut non pro se, sed pro aliis natum dixeris, ac spitantē. Tunc autèm potissimū studiis nullis, vigiliis, laboribus, periculis, lachrymis, macerationibus, jejuniis, pœnitentiis, disciplinis castigantibus, nullisq; omninò martyriorum genetibus indulgebat, dùm Animarum sibi quæstus offerebatur; intantum, ut Animarum Venator mereretur justitia nuncupari, *b* qui verè Aucupator opere vindicabatur, & Rè, non honorum quidem, ac dignitatum, sed Redemptorum, & captivorum periclitantium in itinere: dulcissimum animi reputans, refocillamentum (Rotæ Romanæ censorum Judicio *c*) Animas devias observare; Periclitantium periculis obviare; Deperditorum mores, & gressus revocare; inventis addere, novaque semper moliri, quibus Animarum saluti consuleret, opemque præstaret. Assiduo propterea Charitatis opere detinebatur: sermonibus, Epistolis, Consiliis, Confessionibus, quoquo vel alio ampliori posset modò, se totum in
1 Cor. 9. 22. Animarum dabat lavamen, ut omnes Christo lucrifaceret, omnesque ejús adiutorio salvarentur, Quos Christus ipse redimerat Crucifixus. Si autem sibi eveniret quandòque, Proximum iterum atque iterum post monita salutis expendere prolabantem: imò in lapsu ipso multiplici ab inimico miserabiliter adeò obcæcatum, ut lapsum reputaret ascensum; noxam, Gloriam ipse crederet, ac teneret: (sunt enim Qui & læ-
Prov. 2. 14. tantur cum male fecerint, & in rebus ipsis pessimis gloriantur:) stimulis pro coecis iis sensibilibus adeò urgebatur, ut præ
B. Reg. 19. 4 ingenti animę amaritudine, nimioque cordis dolore, cor ipsum

a *Habes pro Sim... apud Gregor. in 1. Regum lib 5. c. 12.* b *Consule P. Silos lib. 7. hist. Cler. Reg. ubi Jud.* c *Censor. Rota Rom. transcrib. f. 274.*

sum suum disrumpi, discerpi, dilacerari, pateretur Zelator: Jer.9.1.
conspersoque capite cinere, saccum induens ac cilicium, in hæc, tristis sedens, ac ejulans, prorumpebat cum Ieremia: Hei mihi! quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem inextinguibilem lachrymarum, & plorabo die ac nocte seductos, & interfectos populi mei? Heu me miserum? Proh dolor Gen.6.6.
Cordi meo intrinsecùs? Heu Heu Heu: dereliquerunt Impii à suis passionibus obcæcati, fontem Aquæ vivæ, & foderunt Jere.2.13.
sibi cisternas dissipatas; cisternas quæ continere non valent aquas. Prævaricati sunt impiè pactum tuum Domine, qui Ezech.2.3
tibi plurimùm, multipliciterque tenebantur obstricti; ob idque facti sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Sed Psal.31.9.
nè quæso irascatur Domine furor tuus in eos, qui tui sunt, Exod.32.11.
tuosque in perpetuum esse decet, quos tuo sanguine voluisti Deut.6.15.
redemptos: Filii licet perditionis facti sint ex peccato. Parce ergò Domine quæso, parce populo tuo, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro admissis justè meretur propitiatus averte: Joa.17.12. Joel.2.17.
ut ad Cor rediens prævaricator ipse pessimus, ac damnatus; Isai.46.8.
posthac tibi contrito, humiliatoque corde deserviat jam mutatus. Ps.19.3.
Da eis Domine auxilium de Sancto, & de Sion tuere eos: nè prævaleat inimicus, aberrentque à via veritatis: Qui viam sibi salutis jammodo præcluserunt ex nexu. Ecce ego, Isa.6.8.
ure me: expedit ut unus potiùs moriatur, quàm tota gens pereat. Joa.11.50.
Moriatur quæso hic morte dignissimus Cajetanus: qui Num.23.10.
dum flagellari, crucifigi, morique largiùs meretur, quàm Alter Quisque peccator, sua sperat morte, Peccatores Fratres, te operante, à morte perpetua liberari. Hìc ergo ure, hìc seca, ut in æternum parcas. a

Hac igitur Charitatis guttula, quam cursim, ac per transennam è vita hausimus Cajetani, contenti simus: nam ubi mare magnum, ac spatiosum manibus vellemus, funditus transfretare: & deficiemus oppidò, & fluctibus obsiti submergemur. Patientiam itaque, brevi item calculo, nè in tractatū excrescat oratio, exercitam excurrentes; videamus quonàm modo Martyr extiterit Actione, nèdum voluntate, ac desiderio Thienæus. Marc.8.3.
Quis autem fidelior testis erit ejus martyrii, Patientia ipsa, quam toto penitus vitæ decursu, sine quærela, absque vel

Ee attri-

a *August. lib. Confess.*

attritionis, vel lamentationis vocula, ulloque penitus exclamantis suspirio: quin potius hilari semper fronte, corde firmissimo, & constanti, vultuque lætissimo, sororem charissimam habit, Sponsamque indissolubilem in adversis; ità ut mirarentur vehementer ipsi itidem inimici, à quibus quotidiè martyriis multiplicibus vexabatur? Ipsa si quidem (deficerèt licet testes Alii) testimonium perhibet satis amplificum de perlato jugi martyrio Cajetani. *a* Qui quidem, cùm mortuam in pectore fidem non asservaret, sed vivam adeò, adeoque fervidá, & activam, ut paratus pro fide millies ac millies sanguinem fundere, tormentorum genera quævia, ipsamque mortem imperterritè subire semper extiterit, nè Hallucinatorum à fide deviantium communicaret erroribus, aberransque simul una cum illis à via, periret æternùm: non poterat propterea palmam ipsam, Martyr, per patientiam omnimodam non expectare; sanguinis interim, ubi posset, præstito arrhabone. Cruento tamèn frustratus martyrio, Qui martyr jugi (ut prædiximus) desiderio extitit voto; incruento diutino se subdidit sæviori: nostræ sanæ Fidei Contemptores, invicta planè animi fortitudine, liberis semper actibus, scriptis, & voce objurgans, oppugnans, confundens semper, ac terrens; eisque semper in cunctis contraire satagens, minister ipse inconfusibilis veritatis. Nè autè crederetur offensor potiùs quàm oppugnator Errorũ, errores redarguebat Deperditorum; nulli tamen eorũ aut offensionem aliqualem, aut scandali causam minimam exhibebat: quinimò in tribulationibus multiplicibus positus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, inseditionibus plurimis, in laboribus supra vires, divexatus inter oppugnantium arma, à dextris, & à finistris; per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam; ut seductor habitus, & ignotus; ut vorator, ut rapax, ut vinolentus, ut immortificatus & tristis: uti nihil habens scientiæ & doctrinæ; nihil litteraturæ, & sapientiæ; spiritus nihil possidens, & Iustitiæ; quin potius à spiritibus possesßus malignis, spiritibus ipsis communicans malignantibus, viam docens perditionis: perfectum in tantùm se exhibuit Dei ministrum, in omnimoda semper patientia, in longanimitate & fide, in Cha-

Matth. 27. 14. 2. Tim. 2. 25. 2. Cor. 6. 3. 4. 5. 7.

a *Consule Novarin. in umbr. excuss. 27. ubi sup.*

Charitate non ficta, in Spiritù lenitatis & Amoris, adversa sustinens omnia, quæque gravia tolerans & infensa; ut admirationi omnibus fieret: Martyremque comprædicarent invictissimum, quem tantas adversantium inimicorum colluctationes, summa semper hilaritate sustinentem expendebant in dies. Taceò quidem tantæ ejus Patientiæ singulos actus, unum illum commemorans; cùm grassante Roma immani illa Imperialium clade, sub Borbone Duce, Carolo V. Imperatore nescio; à militibus effrænis plurimùm, nummorumque cupidis, detentus, divexatus, exagitatus, discerptus plurimum, atque ad sanguinis usque copiosissimam fusionem dirissimè castigatus, *a* in eaque corporis parte, qua pœnam pudor conduplicat & dolorem, suspensus in altum, ut voti compotes efficerentur avari: nè patientientissimè dicam tantùm, tot probra, tot injurias, vexationes pertulit tantas, totque immania sustulit genera tormentorum; quibus oppidò martyr extitit Candidatus: sed nec os suum quidem aperiens; duceretur licet ad patibulum, extremo supplicio condemnatus; amplioribus, districtioribusque cruciatibus laniatus; Isai. 53. 7. Crucifixi Domini, martyr patientissimus, pedissequum se se monstrauit, ac sectatorem. Defuisse ergò dicemus martyrii immarcescibilem palmam Cui nec martyrium ipsum defuisse omninò sanguinis, patentibus vindiciis comprobamus? Inter Martyres itaque, ut prædiximus, coronatum non ambigamus, Quem martyrem, ex patientia, tot in tormentis, exigente domino, constitutum, comprædicant Universi: Confessor licet gloriosissimus, *b* Domino item jubente, in osculo occubuerit pacis, Moses ipse pacificus, ac quietus, anno Virginei partus, partuque ex ipso virgineo salutis hominum, quadragesimo septimo suprà sesqui millesimum. Beatissima cujus Anima mox efflata; Neapolim, non sine Numine, sui Amoris relicto pignore; Angelisque comitibus in palatiis Cælestibus introducta; in sinu fuit continuò Æterni Abraham collocata; Divinitate illius gloriosa æternaliter fruitura. Ubi non per speculum, & in ænygmate, sed facie ad faciem, essentiam 1. Cor. 13. 12. illam Summi Entis contemplans purissimam, præsentia satiatur

a *Consule P. Silos lib. 3. hist. fol. 81. Caracc. & Castald. in Vit. Cajet. lib. 2.* b *Eureta Misusc. in vit. S. Cajet. lib. 2.*

tur immensi Dei; apud Quem pro omnibus interpellans Patronus; pro Partenopeis autem potissimùm (Quibus si pignus amoris præbuit; pignora dilectionis excepit, ac reverentiæ. In tutelarem enim electus: donariis annuis Patronum munificentissimum prædicamus:) Qui grandia ejus dilectionis insignia sustinemus: meritis ejus ac patrocinio, de gratiarum fluentis nostrum Quisque sperat, ad propriæ capacitatis mensuram, partem pro se aquarum excipere gratificatus: Protecti interim ejus precibus ab instantibus malis: ut à morte perpetua relaxemur. Illo tamen prestante, Qui est Benedictus: Amen.



DE



DE
S. IGNATIO
Loyola Clericorum Soc. Iesu Patriarcha.

Sequere me : *Luca Quinto*. Luc. 5. 28.



Æ Cano, dixerim, Mundo: Grandævo Decrepito Hernioso jammodò Terrarum Orbi, væ, porrò dixerim non injuria, semel bis iterum, atque centies iteratò; (sed nè quæso mecum irascamini citò qui sustinetis: cùm id mihi licere senserim auspicari, vobis interim expendentibus collimata:) væ jam effæto viribus mundo, fideique ob id propterea calore, viribus, ac virtute (vi potissimùm Malignantium, Vituperonum maximè operà, Qui dum opus exigunt suum, glacies, gelu, nives, ac frigora, ubique perfundunt) penè dixerim destituto: nisi postremis hisce labantis, nisi lapsatæ melius, senectæ ejus diebus; igniti plurimùm, æstuantisque Cantabri perillustris Loyolæ (Qui & Ignatius in Baptismate, ab ipso igne, non sine Numine, fausta posteris ominante) Calore pariter, industria, ac labore, Qui frigore plurimùm torpebat mundus, Divinitus fuisset refocillatus. Dei namque Bonitas, Misericentisque sempèr, non currentis (ut ait scriptura) Pietas, neutiquam mirabilia destitit opportuno tempore extenti virtute Brachii operari; ubi mirabilium operatio, cùm pro Fidei conservatione, dilatatione, ac manutentione; tùm pro Fidelium tuitione, Eccle- Rom. 9. 16.

siæ-

fiæque labantis reparatione(ut expendimus aliò *a*) necessa-
Ps.144.15. ria foret, atque prodesset. Et tu das illis escam in tempore op-
9 10 portuno: Adjutor in opportunitatibus, propitius semper, ac
98. 8. promptus. Quis enim(dicite quæso, Quî super vestem meam,
68.25. antèquam verbulum unum loquerer, effundere iram vestram,
concupistis festini) Quis inquam (interroganti respondite,
verbum aptum) tot inter malignantium Hæreticorum, Calvi-
nistarum maximè, Lutheranorum, Gregaliumque malignita-
tes, queis tunc temporis mundus totus miserabilitèr afficie-
batur effætus; ità ut destitutus langueret, profligatusque
jàm deperiret omninò: incolumis evasisset, ac liber; irruenti-
bus undique malis; nisi è Cælo, de regalibus sedibus dilapsus
Ignatius(nec mentiar quidē hæc fando: anagramatismo enim
donato nomine: *b* S. Ignatius Lojola: O ignis à Deo illatus:
id exigitur adamussim) nisi inquàm, Cælestis Ignatius, ar-
dentibus suis faculis, obstitisset; faces extinguens inimicorū?
Quis Luthero, è Diaboli incuba matre (Ulembergio scripto-
re accuratissimo teste *c*) nefando progenito semine, paulo-
que antê quàm de superis missus Adversarius adveniret, octo
videlicet annis in mundum sentina ipsa fœtida vitiorum,
emerso; indeq; non multo temporis interiectu in Ecclesiasticā
libertatem, in Pontificem, in Sanctos, in Deum ipsum, Patre
Diabolo vindicante, futiliter quidem, at petulantèr pluri-
mùm debbacchanti, virusque suum ubique Terrarum, nè dum
Aquilonaribus nativis (miseris ex Eo, ignobilibusque dixe-
rim) Regionibus, scurrili procacia effundenti, restitisset om-
Deut.33.2 ninò; nisi Qui igneam è Cælesti Sphera acceptam legem, in
dextera dehinc ferens Ignatius (ipso è cunis infante(Lacerda
Judice *d*) revelante; diserteque proferente: Ignatius est no-
men meum:) tanto tantam ejus opposuisset hosti virtutem?
Lutherus nascitur; præparatur Ignatius: erumpit effrænis, ac
procax Ille: Iste festinus advenit. En igitur in quod ibimus
collimatum; Ignem Igne validiori suppressum, Clavo clauū:
Ignatio videlicet Martino cervicanti oppositum; ut victum
prosterneret lascivantem. Hunc itaque, Cui & præfigimus di-
ctum

a *Sup. in sermonibus de Sāctis Dominico, & Francisco Assinat.* b *Engelgr. fusiu. in Octav. S. Ignatii §.2.* c *Vlemberg. in vita Lutheri cap.7. fine.* d *Mich. de Lacerd. apud eund. Engelgr.*

ctum à Principe: Sequere me: & nos ipsi sequamur; ut quod pretendimus assequamur. Quis autem nobis pennas dabit Aquilarum, ut sequamur festino currentem gradu Claudicantē Ignatiū? Quæ nobis porrò peperit Ignē; (ignē veni mittere in terrā, Ignifer dicebat Filius virginis; & quid volo, nisi ut accedatur?) Quæve loyolā nobis acquisivit, Maria: dùm ipsa sola potens est & Aquilarum præstare pennas, & Auxilium nobis de Sancto Conciliare, ut currentes ad propositum nobis certamen, nec deficiamus in via, nec longo studio contrahamur; sed bravium ipsum, in quod intendimus anhælantes, apprehendamus securi. Hanc igitur totius operis agnoscentes Patronam, cursusque totius, ad consummationem usque expectantes Fautricem; in hâc prostrati veneremur; dicentes; Ave Maria, Gratia Plena.

Jsai. 40.
Matth. 12. 49.
Ps. 19. 3.
Heb. 12 1.
Philip. 3. 14.

Sequere me. Loco præallegato.

Utinam Lutherum Orbis non cognovisset: Utinam Idra de puteo abyssi, (ut verba loquar Raynaudi, *a*) nusquàm emersisset Lutherus: Utinam Lutheri matrem incubam Lucifer ipse non impregnasset! At ubi semen indidit; ubi Luciferinus emersit, pejor plurimùm Genitore; ubi novit mundus Lutherum: (oportet enim ad fidei incrementū, Apostolo teste, hæreses esse) Gratias Deo, quod ex Ignatio; spiritum continuò sit expertus salutis; quin & salutem ipsam sit consecutus ex Eo. Utinam (iteratò liceat exclamare) Turbo hic infernalis, ad quietem terræ funditùs deturbandam, flante, ac exigente, Diabolo, è stygiis abyssalibus non irrepsisset: quoniam nec tot mundo irruissent impetù mala; nec tanta passus fuisset adversa; nec tantis discerptus pariter & laniatus scissuris, quibus à planta pedis, usque ad verticem capitis factus est ulcerosus; ità ut dici posset: non est in eo sanitas. Vidimus eū & non erat aspectus: non est species ei, neque decor; & quasi absconditus vultus ejus, & despectus; undè nec reputavimus eum. Sed heu miser! Post plagas tantas, postque tot innumera perpessa mala, omnimodam nec nè effugisses eversionem, nisi præsto tibi fuisset è Cœlo Præcipuus opitulator Ignatius; qui tantam solus poterat diabolicam, Igne Divini Spiritus ope-

1. Cor. 11. 19.
Jsai. 1. 6. 53. 2. 3.

a *Rayn. Trin. Patr. in Ignat. p. 4. n. 6.*

operante, procaciam cohibere, vulnerumque insanabilitatem, ne dum mederi, sanare? Excrevisset non nisi certò oris aquilonaribus natus ignis penitùs in immensum; totamque per omnes mundi oras festinatò proruptus, Ecclesiæ sylvam brevì protinus incendisset; nisi ignem, igne prorsus validiori, (uti quidē à simili, ut prædiximus, clauus deiicitur clavo) demissus

Gen. 22.6. à supernis Ignatius, *a* ignem portans & gladium, festina compressisset subventione. Quod quidem & Melanchtonem, inter Lutheri combibones strenuissimum, animam mox vomiturum, contristavit adeò & afflixit, ut ex intimis cordis penetralibus emissa voce magna exclamaret suspirans: Heu, dicens, Quid contra nos, quod audio, quod expendo, quod mihi revelatur, id esse dicam? Video sanè totum mundum brevi ad nostram dispersionem, ab uno Ignatio, Jesuitis repletum iri. Ergò nè immoti perstabimus, miserabiliter oppugnandi, expugnandi, profligandi; otiosique permanebimus,

2. Mac. 3. 58. ut in desidia pereamus? Eja ergò, armamini citò Fratres, roboramini ad vindictam; ad inimicorum dispersionem omnimodam accingimini festinatò quot quot hoc meruistis censeri nomine. Manus ejus contra omnes: manus, eja, omnium

Genes. 16. 12. contra eum virili decertent pugnatione, strenuaque dimicatione prælientur; ut nomen ejus è terra viventium eradicetur. Hæc verba ultima efflavisse, fertur, Melanchtonem, cum anima; ut Ipsa ignibus æternis adexurendum damnata; mundus

Isai. 33. 2. Pet. 3. 10 ipse ex combibonibus ac sodalibus; cum ea paritèr ureretur exindè. Quod utinam non vidissemus apertè; flente, ob id, numerosa mundi totius succensi Universitate Bonorum, qui habuerunt undè plurimum contristari, abundeque mala plorarent, quæ Lutheranorum opera, mundo irrepserunt immensa. Orbe itaque dudùm pessimè laborante: Anglia videlicet tabe hæreseos fœdissima contaminata: Scotia in hypobrychium idem pertracta; Germania, Suetia, Dania, Polonia, cæterisque Aquilonaribus oris, infernalibus planè facibus, ab Incendiariis Impiis in totum penè succensis: Gallia itidem Calviniana, Albigentiumque tabefacta malignitate: Hybernia ulcerosis plurimùm male affecta vomicis: Hispania ex Malignantium propinquitate non multum tuta; quin imo & in pe-

a Florim. Ramond. in hist. Mu. hæref. lib. 5. cap 3.

periculis multiplicibus posita: fide nullibi sana perstante; virtutibus ubiq; ægrescentibus: Ecclesia demùm in suis membris miserabiliter discerpta: Orbis fermè totus, tantis illuvionibus circumcinctus pariter ac vallatus, periisset omninò; exitiali jammodò horum opera Malignantium proximus casui; nisi è Cælo illapsus ignis, igneo erumpente globo, irrepsisset festinus: mala funditus abstersurus, bonaque profusurus ubique.

Sed heu! quas non peperit, per id tempus, (misereatur nostri Deus; temporibus hisce periculosis instantibus) Orbi commotiones: (credamus tamen in bonum, necesse est evenisse, dum Numine idexigente non ambigimus:) quas non fovit Potentissimis Hispaniarum Galliarumque Regnis contentiones; perturbationes quales non procreavit, ac rixas; quæue immania non accendit certamina, bella exitialia, inextinguibilesque Martis faculas non succendit, Maximiliani Imperatoris maximi è vivis subductio (ut inter mortuos numeraretur ascitus, octavo decimo suprà sesquimillesimum anno, quo esse desiit inter Spirantes Orbis occidui Princeps maximùs caput optimum) subsecura Viennæ? Præiverat enim paulò antè in hispanicum Monarchatum Clarissimi Caroli Massimiliani ex Philippo Filii; Ferdinandi verò Aragoniæ Regis ex Joanna Nata, Nepotis subvectio; quæ sedem illius super Altitudinem penè dixerim nubium, inter Astra ipsa superiora gloriosissimè collocarat; ac propterea tantis gravidus paritèr & gravatus hæreditariis titulis, rantis fascibus infulatus, tantisque Populorum, ex Regnis sibi subjectis, viribus roboratus; Massimiliano Avo in Imperium (& hoc quidem Athlanticis ejus humeris unicum deerat onus, hic solus restabat honos Alcidi *a*) contrà Clarissimum æque ac Potentissimum Franciæ Dominatorem Franciscum (Imperii Clauum, Leone Pontifice pro viribus opitulante, spectantem *b*) non absre suffici, subrogarique justiori titulo Carolus ipse protentis viribus autumavit. Dùm verò comitiis ipsis imperialibus, ex Electoribus nemine discrepante, soliditate fortissima in Tonantem eundem Germanum concurrentibus, *c* jam in Imperium videre-

Ps. 66. 1.
2. Tim. 3. 1.
Isai. 14. 14.

Ff tur

a *Habes fusius apud Turs. ann.* 1516. b *Ros. lib. 1. hist. p. 3. l. 4.* c *Tar4 cagnot. & Cat. histor. eod. ann.* 1519.

tur assumptus, iisdem comitiis non dùm initis: resumptis utcumq; viribus & virtute; Franciscũ sibi omnimodo posthabẽdũ prænovit. Id quippè probavit exitus:siquidẽAnni millesimi quingentesimi noni decimi Aurora adhùc instante, Christianissimo cum effectu posthabito, Catholicus Alcides ipse Carolus, anno natus nonodecimo Mundi Rector Maximus, Qui Orbem regebat Hyspanum, inaugurari meruit: dum Imperatoriam Majestatem ipsam flosculus adhùc bimulus, natura dixerim impingente, in vultu,incessu,cæterisque operationibus,& conservarat à cunis, & novis semper incrementis auctam in dies transportarat in Æuum. Ast subsecuta Caroli V. fœlici hac ut prædiximus Electione, infœlicia Quæque bella continuò (frustratus Ille spe sua)ignes inextinguibiles, dissentiones ac jurgia, levissimis primùm instantibus causis, virus tamèn Veteratore profundente; gravioribus indè concurrentibus,in publicum prodiere:Orbe interim ex iisdem miserabilitèr inflammato. Italia siquidem ingentia propemodum, ob mediolanum exitiale bellum, sensit incommoda. Gallia sub divexato capite,angustiis undique pressa, languoribus supra modum confecta, effæta viribus, elanguit profligata. Germania, gemino igne succensa, multos in membris suis, hosque sævissimos, est experta dolores. Hispania habuit itèm ex Pompeio-poli(clarum porrò nomen à Conditore,evocanda obitèr Engelgravi *a* verba, a Defensore præclarius.) habuit inquam undè plurimùm angi.Hac enim Arce(Prudens enim supprimo bellicas Martis cæteras accensas ubique faculas; nè inter sacras, quibus versamur, profanas vel curiosas utcumque prætexens historias, incidam in commissum:) Hac inquam Pompejopolis Arce, Gallica obsidione circumdata, bellicisque tormentis plurimis circumsepta; vires manusque illorum omnium, Qui nomini æternitatem, & gloriam contendebant; ut & virtuti propriæ nomen optimum, & gloriam Nationi, & Arci obsessæ victoriam compararent: compulsivè trahebantur eòdem. Ex his itaque Unus, Cantaber Loyola noster (Qui jampridèm Catholicorum Principum Regiam, optimis ibidèm moribus imbuendus, armisque itèm cœterisq;Nobiliũ ejusdẽ generis exercitiis(Nobilis ipse quidẽ ge-

a *Engelg.serm.de S.Ign.*

genere, nobilior autem propriis animi dotibus, queis inter Nobiles cœteros emicabat ur Sol; adiverat instruendus:) ex eorum inquam genere menteque unus ipse Loyola; Qui & gloriam nomini quæritabat, hac pluris nescio, an ipso Summo Rerum Opifice, Qui ab æterno sibi Vexilliferum efformarat, plurimùm sanè potissimaque vi compellente; annum agens trigesimum (è supernis enim contestamur immissum sub Annum hominis reparati 1491. *a*) Ibidèm celeritèr evocatus & ipse: VENIT, VIDIT, VICIT, Gloriosissimus Alter Macedo. *b* venisse quippè vidisse Illum; Unoque eodem actu vicisse Invincibilem oppidò, Histoeriographi contestantur: victoria tametsi nihili penitus facienda; dum temporali, iteratæque obnoxia scissioni. Victor ergò gloriosior ipso Macedone noster Loyola; dùm (Victoria invidenda plurimùm stabili videlicet & æterna) Venisse, vidisse, vicisseq; profitemur & omnes. Vicit siquidem felici quodam fœnore, casu suo, humanitati Hostes omnes infensos: Mundum scilicet, Diabolum, carnem suam. Vicit sæculi gloriam, fastigia, dignitates, & gradus: pedissequorum spernens sequelam; vanitatesque, honores, opes, Fortunas, Præfecturas, & reliqua calcans prudens, quæ mundus suis protendere sectatoribus solet mendosè; itemque cum ipso mundo totum penitùs quod (immundum cęnosumque licet plurimùm,) gloriosissimum prædicatur. Nihil tamen Eum omninò exequeremur vicisse; nisi & unum singulare illud, per quod & vincuntur & vinciuntur Cœteri devicisset: semet ipsum videlicet; quem perfectiori adeò vicit methodo, gloriosiorique victoria; ut mutatus extemplò in virum alterum, in virum planè perfectum, in Virum loquentem victorias videretur: adeò ut extrà se quid amplius vinceret non haberet, qui totum omninò vicerat; vincens se. Captivatus enim Christi in obsequium, fideique: ditionibus Evangelii subjugatus: Crucique mortificationum clavis confixus: itemque Christi fortitudine roboratus; transformatus in Christum: tantam se præsentiit virtutem acquisivisse, ut Victor subindè coram inimicis exiret, Contrariis manumissis: novus emicans, sævientes inter frementes, ac dimicantes Adversarios: ventos intèr tentationum perflantes: turbines inter con-

1. Reg. 10. 7. Pro. 21. 28. 2. Cor. 10. 5. Phili. 1. 17. Rom. 16. 26. Galat. 2. 19 Apoc. 6. 2.

a *Ribad. in vit. S. Ign. lib. 1.* b *Habes apud Dion. in Alex. Maced.*

trarietatum terribilitèr irruentes:machinis ipsis Infernorum bellicis undique perstrepentibus, ac terrentibus: Alter ubique vicens Vincentius: ex Augstino. *a*

Itaque Altero post quam Deus totus Igneus in Apostolos dilapsus est; die, ut obrigentes igniret: Bellicis undequàque in obsessam Pompejo-poli Arcem machinis perstrepentibus; globo igneo, Igneus Propugnator Ignatius *b* (in Quē oppidò Rei Tormentariæ Præpositus ipse Deus collimarat omninò) tibia percussus impetù, ictu statim prosternitur, at fœlici: Claudicans indè surrecturus, sed Victor: ubi & victor quidem Jacob fœlicissimus ille surrexit; dum percusso sibi, succisoque fœmoris nervo, pede claudicans; novo tamen sibi nomine comparato, Benedictus ab hoste, Angelo videlicet sibi devinctissimo, Quem oppugnatorem præsensit pariter, & Amicum; à nocturna surrexit lucta, Bellator vincens. Ipse verò claudi-
Genes. 32. cabat pede. Ipse, inquam, Jacob gloriosissimus Patriarcha:
31. Ipse item loyola, Prolis planè numerosissimæ Patriarcha dignissimus, mundique prorsus totius Pater, ac Pastor: Cujus inflexa (à flamma tamen, & luce: Ignis ignem evocat, lucem lumen:) modicè tibià; tot gressus Errantium dirigentur, tot
Joa. 12. 31. Erronum corrigentur errores; *c* quot Mundi post Principem ac Rectorem claudicantes (claudicant planè qui post Diabolum currunt) aspexit nusquam hactenus Mundus ipse Clau-
Psal. 18. 6. dorum. Ergò Claudicabit Ignatius? Veritati non possumus contraire: at expeditiori longè quàm antè gradu, exultabit ut gigas ad currendam viam: viam, quam protestatus est cucurrisse, Qui claudus antè, consolidatus indè; oculos delinitos, cor ubi Psaltes obtinuit dilatatum; Tibiam Ignatius
Ps. 118. 32. (cursu Aquilis velocior antè, Claudus licet & cœcus:) habuit infirmatam. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

Eja igitur, Loyola claudo, lætare nunc & exulta Mater Ecclesia: collætamini homines Universi; Captivi Choreas eja nunc ducite, festum agite vincti; sitque vobis inter solemnes
Esth. 9. 17. hic dies, quo ictu igneo, Ignatium Vos vindicem posthàc vestrum verè fortissimum, globo prostratum; Illa invictissimum ejus

a *August. Serm. de S. Vinc.* b *Maff. in vit. S. Ignat. lib. 1.* c *Id. Maff. & Ribad. in vit. l. 1.*

ejus fidei Propugnatorem, acquisivistis ex Igne. Claudus ipse Dux vester erit: At pede claudicantem, Liberatorem pariter & Victorem experiemini citò: Quem globo nunc profligatum igneo, morti proximum, nè victum tantummodò collimatis. Ipse quippè incolumis porrò posthæc surrecturus ab ictu; dum ictû cecidit ferientis, Uulneratos comprehendit ac profligatos Expertus Medicus, adjuvare: ut resurgant incolumes ad pugnandum. Hunc itaque claudum sequi ne timeatis: à falsis Murionum dogmatibus, à serpentinis Erronum morsibus, à Virulentium hæreticorum unguibus & vindicandi viriliter, & fœliciter liberandi; & ad portum securitatis ductore ipso ducendi. Fucum non paveatis, in quo Ignis veræ jam Charitatis ardet. Dolum non expavescite, in Quo dolus non est; cum sit ipse verus Israelita, verusque modò Christi miles evaserit, Qui terreni jam Regis Bellator per illustris gloriabatur. Ipse vobis ergò progredietur in Bello, Dux præcipuus ac Bellator, dudum prostratus miles; miles à Domino Deo exercituum, Christique sui Vexillifer invictissimus, ad expugnandas Gentium, Hæreticorumq; pravitates, verbo Regio, ordinatus: SEQVERE ME. Ipsum sequimini tuti; promptus dũ ipse Christũ consequitur Præceptorem. Magistrum ipsum audite; dum Christi factus discipulus in instanti, Vitam illius perfectè exprimit in se ipso. In biviis post eum ambulate securi; habens in itineribus cunctis Christum ipse Custodem. Costodite itaq; Eum: imitantes Quem imitatorem cognoscitis Christi, postque illum gradimini festinantes; ut post Currentem, Portum concedatis salutis.

Joa. 1. 47.

Luc. 5. 28.

Matt. 17. 5.

1. Cor. 11. 1

At quonam modò (Increduli voces iterum exaudio clamitantis: morti proximum Ignatium expendentis exigne) quonam poterimus modo, Quem nobis instructorem repromittis, Ducem experiri, ac Præceptorem; penè jam consumptum experientes, atque in cineres resolutum ab igne? Pepigit nè fœdus ipse cum morte; ut mortem non pertimeat ferientem? An verò miraculis utetur Christus, ut militem vitæ restituat profligatum; morti subrupiens, quem tormentum ipsum bellicum neci destinavit omninò? Totum porrò experiemur; & mortem non pertimuisse extinctum penè mortalem; & miraculis usum, per Quod omnia facta sunt Verbum; nè

Isa. 28. 15

Joa. 1. 3.

tan-

tanto, talique Milite sponsa privaretur Ecclesia; utque tantum militia Christiana Ducem acquireret: Fideles talem Propugnatorem, ac Præceptorem. Illo autem medio, Verbum Patris Omnipotens exequutus est tanta: Qui & Ecclesiæ Pastor præfuit; & Dux Primus extitit militantium Pastor adhuc: & primum suorum mirabilium signum ostendit in claudo: (Ambrosium contestor Episcopum *a*) mendicanti ad portam speciosam pedum restituendo vestigia: surge dicens, & ambula: exiliensq; ille, basibus consolidatis, ac plantis: con-
Act. 3. 6. 8. tinuò stetit, & ambulavit. Hoc nempè medio, mirabilem se
Ps. 67. 36. Christus prębuit in Ignatio; ut Ignatiũ regeneraret Ecclesiæ. Petrus itàque, ut promptus exequeretur sibi per Principem demandata; claudo Ignatio ignis ictu à medicis jàm deposito, bases miraculo itèm consolidando confirmat; vitam restituēs morti proximo; *b* ut Petram faceret societatis item atque totius Ecclesiæ solidissimam, Quam decoxerat Ignis, ut solidaret. Tot enim turbinibus impetenda societas; totque Ecclesia Venenatorum, plusquà ventorum, flatibus in posterum deturbanda; non nisi stabilem pro fundamento Petram, ut inconcussæ perstarent Ambæ; geminis humeris, doctrinæ videlicet & Pietatis (ut verba loquar Tarraconensis Concilii *c*) per Athlantem Ignatium sustentandæ; eas habere decebat. Hanc igitur Petram Petrus (ut Petræ officium facere non desineret) sibi commissæ sponsæ providens; habuit Hæc sanè unde per hanc firmissimam secura consisteret in adversis; interque fluctus ac flatus inconcutibilis permaneret: Societate interim plurimùm collætantę. Quam verò corpori Claviger Æthæreus, Domini jussu, evolaturam brevi restrinxit Animam; Animæ Divinus Altitonans, per se ipsum, restituit vitam; à fluxis emundans funditus, quam fluxos inter adhùc expenderat imperfectam. En ergò miracula; en mirabilia in-
Jer. 31. 22 novata; en iterata portenta: nouum fecit Dominus super terram; hominem duplicitèr mortuum vivificans duplicatò. Voluit verò coadiutricem tanti operis exequendi sibi assumere lectionem, per quam iri voluit ministratum in Anima, quod Animam vivificat à peccatis, Salutis Verbum. Lectionem autem

a *Ambros. ser. 69. in Act. Apostolorum 3.* b *Ribad. in vit. Ign. lib. 1. c. 1. & 2.* c *Apud Engelgr. in Octav. S. Ign Them ignem veni &c.*

tem elegit, non ex numero excerptam librorum, quibus incautorum Animæ & vulnerantur paritèr, & perduntur; sed ex geminis(Divinitate suis manibus porrigéte)codicibus haustam,(Primi enim Providentiæ furto sublati; quæsiti licet, nõ sunt reperti) Quorum unus Christi passi, Alter verò Sanctorum facinora enatrabant præclariora.

Per has igitur Peritissimorum medicorum manus,perfectissimæ redditus sanitati Loyola; hominis utriusque perfectum statim statum presensit;moxq; æstuantibus in Deũ ardoribus inflammatus, atque in cineres subindè resolutus humilitatis; ignarus adhùc quid esset ipse factutus; in prostrati Sauli verba prorumpens: Domine(ait lachrymans) quid me vis facere? Act. 9. 6.
Cui Princeps: Vade, respondit, vende omnia quæ habes, & Matth 19. 21.
da pauperibus, nudusque, relictis omnibus, cruce tantùm assumpta, veni SEQUERE ME: indeque dicetur tibi, quid te Act. 9. 7.
oporteat facere. Imperitata exequi Ferventissimus Christi servus non pigritavit,qui Spiritu Dei activè plurimùm agebatur: perpetuum ex tunc Deo famulatum devovens, firmissima interposita sponsione,Christi Regale vexillum se nusquam in posterùm relicturum.[a] At quia Divinæ Puritatis militem purissimum non nisi esse decebat: puritatis virtutem, Summæ ipsissimæ Puritatis mater (quæ Filio comite apparuit oranti, ut solaretur Tytonẽ) Tyroni novæ ejus militiæ,impositis manibus,clargita; carnis carnalis homo titillantia posthæc non præsentiit ac incentiva. Num verò tanto accepto munere, redarguiquivit ingratitudine, qui gratissimus semper extitit beneficiis? Absit,ut hoc mente formemus absurdum:nam tantis subindè carnem suam tradidit tortoribus cruciandam; ut suam, qua vinctus erat, obligationem expleret; tantisque tormentis exagitandam,ignibusque multiplicibus consignavit examinandam: septenas poplitibus flexis orationi dans horas quotidianas; humi cubans omni tempore, apposito capiti pro pulvinari, lapide; volupè pane victitans tantùm & Aqua; saccum induens, fune præcinctus; nudipes incendens; laboriosus semper & ærumnosus; flagellisque omnis generis cœteris in se immisecorditer sæviens; ternam in die ad sanguinis uberem effusionem usquè, corpori flaggellationem

a *Ribad. lib. 1. c. 3. vitæ.*

nem committens:ut miraculo ascribi necesse sit, tantis mortale corpus exagitatum tormentis, cruciatibus tantis vexatum, tantisque fragilis hominis carnem examinatā ignibus,tantisque perforatam ictibus restitisse:jocosas licet Puerorum nugas (ubi autē noxiis hisce nugantur usquam infantes?)vexationes has tātas ipse teneret;Qui Fide Gigas,viribus Athlas,Ardoribus Æthna, ubi sanguine madebat plurimùm,spinosus totus, joculabatur in rosis.

Sacco igitur Christi Tyro, Cilicioque ad venustatem indutus: desponsa iterùm apud Montem serratum, quem primùm concesserat ardoribus inflammatus,summo Deo, Matrique, cum Castitate ipsa, prompta semper parentia:(habemus jam tribus obstrictum votis: Pauper erat, imò mendicus omninò; Obediens nunc verò atque castus, ex voto) minoressæ (quam sancto joco, primitivam suam Ecclesiam nuncupare solitus erat) ad annum integrum, Pauperibus, insanabilibus, ac ulcerosis inserviens,Nosocomiorum perduravit minister. *a* Ibi enim admissis antèm piaculis expiatus (res est eò notatu dignior, quò præclarior admiratu) octiduo per extasim abstractus à sensibus, sensus didicit scripturæ omnes,ignarus antè,prorsusque rudis: ac mirabilia quæque percepit sub Christo præceptore: *b* Doctor evadens continuò, qui Characteres non nisi legere, pennaque tantùm pingere noverat adhùc miles: ità ut concepto Spiritu lucis,& veritatis, Fœtum brevì in lucem edidit, cui parem, an lux aspexerit hæreo gravis. Qui quidem robore ac virtute præstantior cunctis; dum sub molis exiguitate, quasi sub modio se se abscondit humiliatus: super candelabrum, per laudum ac præconiorum encomia, sublimitèr elevatus, ut Gigas: Gigas cæterorum respectu, (Athlantes licet)ipse Pusio,moleq;indivisibilis,exęquatur. Verbis propterea Eum luculentioribus cōmendare,superfluum:Nullo penitus ambigente, Exercitiorum libellum ipsum Divinum, tot patraße, Deo exigente, miracula; innumerabiles quot Animarum Deus ipse per illum conversiones dignatus est operari: Quæ an minoris, an vero pluris sint facienda miraculis

a *Raynad. in Jgnat. pu. 6. n 6.* b *P. Damian. Synops. Soc. initio.* c *Ribad. c. 16. lib. 1. Vita S. Jgnatii; ubi fuse de exercitiorum libello.*

culis ipsis, Augustinus omninò consulatur, oportet, *a* Qui dum novit, Cœlum & Terram nova mirabili stabiliri creatione minoris fieri debere, quàm unius peccatoris conversionem: Conversionem ipsam plurimi fecit omninò, quàm mirabilium, ac miraculorum omnium patrationem omnimodam innovatam.

Absoluto itàque primo, ut dicitur, ab ipso conversionis die, Anno Probationis apud Manresam; progreditur Ignatius Jerosolymam, Sacra inibi nostræ Redemptionis mysteria veneraturus: indèque Europam, ad quærenda disciplinarum præsidia, reversus; Societatē condere (Damiano perhibente, *b*) trina pertentavit pulsatione; quam tamen postremo demùm perfecit conatu. Quid autem vexor anxius; quid perfunctoriè versor; (fateri necessum est cum Theophilo *c*) quid angor anhelans, in consectandis in hac parte minutiis; argumento prorsus amplissimo circūseptus; Qui nec principaliora ipsa valeo vastæ hujus Provinciæ consequi mente, nè dum exponere penicillo? Subticere ergò necesse habeo, Quæ & Barcinoni primùm, & Compluti subindè, & Salmanticæ item, & postremò Lutetiæ Parisiorum, in asciscendis Sociis, ut molita perficeret Architectus; *d* ludibria, & carceres, & vincula, & probra, & maledicta, & irrisiones, & verbera, & Subsannantium verba, Vexillifer ipse, sit expertus linguarum; ubi spissum oppidò, peculiaremque tractatum expeterent: hoc uno contentus experimento: Ignatium, quasi aurum, quod per ignem transit, luculentèr adeò Omnipotentem probasse; ut fieri dignus inventus sit novæ aggregandæ militiæ, sub ipso Principe Jesu; Quæ Jesus vera Societas diceretur. Dum autem antè omnia tempora id idem optimè fundatum judicium, in Trinitatis consistorio fundatum non ambigimus, quod in tempore opportuno, annulo suę signatum Divinitatis iri voluit consummatum: perspectissimam propterea hanc Dei voluntatem habens Ignatius; nullos censuit industriæ; nullos diligentiæ, ac labori, in id operi quantocyus demandandum, fines esse statuendos putavit, Qui studium plane insatiabile

Hebr 11. 16.

Job. 23. 10.

Sap. 3. 5.

a *August. tract. 72. in Ioannem tom. 9 & post eum D. Thom. 1 2. q. 113. art. 9.* b *Dam. loco supr. citato.* c *Rayn. ubi sup.* d *Habes fusius apud Rib. lib. 1. cap. 14. & 15. & lib. 2. c. 2. & 3.*

Divinæ gloriæ promovendæ reserarat in corde, languens amore. Nullis ideò arctatus angustiis; ludibriis prorsus nullis detentus; scommatibus ac maledictis nullis offensus; nullisque petulantium linguarum perfossus vulneribus: innumeris licet, ob rei novitatem (placeant nova pluris, an Orbi displiceant non excepi) adversantis fortunæ pulsatus ictibus; de unius Dei Gloria paritèr & honore summè solicitus, suam autem omninò negligens famam: nec benedictione fraudulenta (uti collimabat Raynaudus, *a*) nec maledictione commotus; sed ad omnia maledicentium thela, dextrè quantumcunque potenterque vibrata, immotus semper, illæsusque perstans indemnis: Sex primùm Commilitones Parisiis, (Quos inter Xaverii navarri per illustris periculosa in tantum fuit optimo Authori conversio; *b* ut per eam neci destinaretur omninò; dum ea Michael quidam Hispanus, Francisci Cliens plurimùm efferatus, ensem strinxerit in Ignatiū, fertur, ut perderet reatus tanti, (ut ajebat) Authorem; perfodere tamen volentis, Vox ictum tenuit è Cœlo delapsa, ita ut Ille remaneret immotus) sex inquàm Parisiis sibi Socios primùm ascivit, ut copulati Domino Deo servirent. Quorum quidem prima Religionis vota, cum solemni in invicem sponsione, omnia quæ haberent à se quantocyus abdicandi, ut liberiùs ac expeditiùs mundo mortui, Deo servirent Viventi: ad montem martyrum propè Lutetiam, quinto decimo mensis Augusti 1534. *c* fuisse feruntur emissa: indèque tribus itidem vagienti Societati adjunctis fratribus, qui ad eundem Martyrum montem reducti, vota cum çeteris instaurarunt: Decuriæ numero, per sex proximè subsequentes annos, parvula ipsa fuit contenta Militia Sociorum. Qui quidem peculiari Numinis Providentia Jerosolymam, ut erat in votis, convertendorum infidelium gratià, concedere non valentes; furentis Oceani fluctuantibus undis detenti; pauculis posthæc interiectis annis, e diversis quibus erant Regionibus jam dispersi, Venetias primùm, in cujus Imperii ditione primos Ecclesiæ fructus uberes attulere: Romam indè, Capite dempto, ad deposcendam à summo totius Ecclesiæ Præsule, pro infidelibus, Verbi disseminatione,

opi-

a *Raynaud. in Ignat. p. 6. num. 6.* b *Dam. in Synopf. Soc. ad ann. Christi 1534. Societ. 1.* c *Id. Dam. loc. cit.*

opitulandis, Apoſtolicam Benedictionem: in funiculis Adæ, in vinculis ipſa Societas pertracta eſt Charitatis. Remanſerat Oſe. 11. 4. quippè Ignatius Auctor Venetiis: Paleſtinam omninò Navigio conceſſurus. At navis in Oriente, Deo id permittente, eo ſolvit anno Venetiis nulla; cùm tamen & antecedentibus, & ſubſequentibus, plures conceſſiſſent eòdem. Sed quis hominum Dei poterit unquam obſiſtere voluntati? a Ea ſiquidem erat Dei voluntas bona, beneplacens, & perfecta; Rom. 12. 2 ut Ignatius ad Infideles non peragraret; Qui infidelium innumerum Salvator eſſe debebat ex ſuis, Luxque præcipua Infidelitatis, nè in tenebris ambularent exindè, Qui adhuc in ipſis ſederant obcœcati.

Regreſſis autem è Curia novem Sociis, facultate obtenta à Poteſtatem Habente, evangelizandi Regnum Dei: Iiſdemque primò primùm Venetiis Sacerdotio inſignitis, cœpit Loyola Pater, Paſtor verè eorum optimus, eos per Italię Vrbes præcipuas diſtribuere: Romanam Curiam per ſe Ipſum, Fabro atque Lainio aſſumptis ſociis (inſperata jam Paleſtinæ profectione) conceſſurus poſt pauca: voti inibi jamdudum concepti Partem alteram Principaliorem: ſiſtendi ſe ſcilicet, ſuamque militiam Romano Principi Maximo, ad Animarum ſectanda lucra, impleturus ex voto: commonitos intereà linquens Diſcipulos: (Sancto Spirito ſuggerente) ſe eſſe Jeſu Commilitones electos; (Dei adjutores ſumus:) 1. Cor. 3. 9. ac proptereà tanto ſub Duce, indignum penitus eſſe non ingentia operari, ad quæſtum Animarũ, quas ſanguine proprio Dux ipſe redimerat ut ſalvaret: Impugnatores expugnando Fidei; Cœcos Gentiles, cœcutienteſque Hæreticos, ad veritatis lucem, luce Evãgeliorum, revocando; omnibuſque ad menſuram Cujuſque, ſuppetias ipſas neceſſarias afferẽdo; ad hoc, ut Chriſti digni mererẽtur vocari Commilitones; quorum jammodò nomine cenſebantur. Inter autem Romam verſùs, itinere jam arrepto, magnum quoddam ignifero ipſi Ignatio, ac memorandum occurrit, quod nullos vitæ ipſius Scriptorum latuit oculos.

Cum enim nõ longè eſſet ab Urbe, (Quis amabò non mirabitur ad Portentum? Hoc enim planè coniiciemus, Societatem hanc invictiſſimam à Domino noviſſimis hiſce temporibus

a *Auguſt. in Pſ. 67.*

excitatam,ad Herniosum ac decrepitum Orbem(verba ipsissima loquens Mermannii *a*)sustentandū,& renovandum:)Divini Amoris Ignifer ipse succensus æstu; adhorarias de more, Domino fundendas preces,de via paululùm ab ipsis Sociis secedere festinavit. Offensa autem quadam inter hæc Ecclesiola; illam affectibus dilatatis ingressus, vota sua ferventia ex-
Matth 26. pleturus: prostatus in faciem suam,precibus Deum enixis,soli-
39. tò autem serventioribus,cœpit interpellare,nè ope Eum Divinitatis frustraret;ut optimè quod Divino Ejus jussu non erat cunctatus aggredi, apud Romam servus expleret. Ast inter
Act.10.10. orandum cecidit in eum mentis excessus: abstractusque prorsus à sensibus; Summum sibi contigit Patrem Omnipotentem clara perspicere visione,comite sibi Filio crucis trabea onerato.Cui quidē cùm commendasset Pater Ignatium, Societatisque Sodales:Patri reverenter se sistens Natus,converso ad Ipsū Ignatium vultu: EGO (ait) VOBIS ROMÆ PROPITIUS ERO. *b* Quis iterum atque iterum non stupebit? Si autem
Rom.8.35 Societati propitiabitur Jesus; quis contraibit Societati? Si Deus pro nobis(ajebat Paulus) quis contra nos? Scio quia neque mors, neque vita, neque tribulatio, nec angustia, nec fames, nec periculum, neque nuditas,nec persecutio, nec gladius, nec Alia quælibet creatura, furens licet, poterit Hanc concutere, Hanc divellere, Hanc à firmissimis radicibus extir-
1. Cor. 10. pare;solidatam in Petra.Petra autem erat Christus: Qui verbo
4 interposito,se propitiū repromisit. Ego vobis Romæ propitius ero.Et armatos posthàc timebitis Inimicos?Oh fœlix Cuneus! (id mihi liceat exclamare) oh Beata verè Societas! non timebis malum ultrà.Licet enim turbinibus tentationum concussa: ventis licet persecutionum exagitata:aquis tribulationum inundantibus concitata:aculeis Calumniantium afflicta: ictibus Maledicentium Vituperonum transverberata: Hæreticorum oppugnantium gladiis(lingua eorum gladius acutus, ex
Ps.56.5. Psalte) proscissa: Concursitantium Dæmonum sævissimè immaniterque discerpta: contumeliis undique pressa: plurimùmque licet affecta conviciis; & roboraberis firmiùs; & vividiùs coalesces; & sublimiùs exaltaberis, & comprædi-
ca-

a *Merm.in Theatr. Conversf.Gen.* b *Maff.li.2 c.11.vita Ribad.lib.2.c 11. Dam. Synop soc. ann.1538.Engelgr in 8.s.Ign.§.2.*

taberis gloriosiùs; & splendidiùs emicabis; & apparebis Candidior; & luculentiùs commendaberis; & vindicaberis Sanctior; & Præclarior, præ Societatibus cæteris (igni pluries auri examinati ad instar) fulcidiorque in æternitates perpetuas elucebis: Spiritu id Prophetico Borgia Sanctissimo expendēte, eidemq; tunc tenellæ Societati vaticinante: *a* Summo prorsus in flore, vigoreque fore, maximis adversitatum procellis exagitatam: vegetamq; Illam perduraturam; summis calamitatum tentationum tribulationumque turbinibus, conspirantibus Adversariis, semper concussam. At Cujus Brachii adjuvantis virtute? Illius porrò: cujus est Orbis & plenitudo ejus: Qui fecit Cælum & terram, Mare & omnia quæ in eis sunt: Qui fecit Potentiam in brachio suo: dispersit superbos mēte cordis sui: Omnipotentis, inquam, Ducis invictissimi Jesu; cujus sub vexillo pariter atq; Nomine erat posthęc nova Societas militatura. Ob idq; Ignitus Ipse signifer, nè subsecutura Orbis mutatio hominū fragilitati vendicaretur potius, quàm Divinę Omnipotentiæ, ex Qua omnia & per Quā omnia: non suum planè, sed nomen Summę Fortitudinis Jesu (Turris fortissima nomē Domini: Turris fortitudinis à facie inimici) excitatæ inscribere curavit Societati; suo prorsus obliterato; ut Ipsi Sanctissimo Principi Jesu Curæ esset, nè profligaretur in Castris, Quę ejus in Frontibus nomen deferebat Signatūm. Præcognita enim Orbis mutatione prospector ipse Futurorum Ignatius; non homini decus tantum, talis honor, fastigium tale iri censuit vendicatum; Sed Omnipotenti Dexteræ Ejus, Cujus propriū est & vetera renovare, & nova sublimiora moliri, & Universa componere, & omnia Omnipotentialiter gubernare. Non mirum ideò, quin tantis licet exagitata procellis (Quas nec Dominicus porrò, nec Franciscus, nec Conditores cæteri, pro suis confirmandis constitutionibus effugerūt *b*) penè submergi visa sit Romæ, Diabolo Membrisque ejus urgente, vagientis Societatis navicula; incolumisque tandèm ac florens, evaserit Victrix: dū Omnipotens Gubernator Rector Princepsque Jesus, neutiquàm passus hanc sibi inferri injuriam ab insolenti Turbinum irruentium impetu; nutu, Ventis imperitans atque Mari: facta est continuò tranquillitas magna: quæ & or-

Psal. 16. 3. Psal. 49. 12. Ps. 145. 6. Luc. 1. 5. Pro. 18. 10. Ps. 6. 4. Apoc. 9. 4. Mar. 4. 38.

a *Engelg. in ost av S. Ignat. §. 2.* b *Vid. sup. in Domin. & Franc.*

& Orbi expectanti Salutem, & ſanæ mentis Hominibus lætitiam ſingularem; & approbationem, confirmationemque comparavit Societati. Diù ſiquidem hæſitarat Summus Paſtor Eccleſiæ Paulus nominis hujus III. induceret nec nè novam in orbe Regulari communionem: Tyburc tametſi anno jam milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono, ſibi Societatis conſtitutionum oblatam formulam (quam Chriſto ſuggerente, adſtante Matre, Loyola conſcripſerat,) vocis tantùm oraculo, nihil adhuc addens inſcriptis, benigniſſimè approbarat: in
Exod. 8. 19. hæc prorūpens admirabūdus: DIGITUS DEI EST HIC. At Domino poſthæc nubes ac tenebras diſpellente; Summique Rectoris, Cardinaliumque cenſorum animos, & vota pariter votis Ignatii Sociorumque Conciliante: diplomate Pontificio, Societas ipſa Chriſti, ſub ejus verè glorioſiſſimo Jeſus nomine, in Lucem prodiit Victrix ut Vinceret, anno jàm paululùm ad occaſum vergente 1540. Verbis luculentioribus confirmata. *a* Cùmq; ſub eodem Ignatio Conditore eò uſquè excreſceret brevì modò genita Infantula lactens, ut Orbem ferè totum viſa ſit inundare: (Italiam enim, Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Sueviam, Poloniam, Indias utraſque, Japonium, Perſiamque, neſcio an tardiori Solis exorientis gradu, qui quidem velociſſimus curſu, penetrarit ſub Claudo; cui Jeſus, Ipſeque Suis imperitans: ite Angeli veloces; Aquilis ipſis volo-
Iſai. 18. 2. ciores; ite diſſeminate Verbum Salutis ubiquè; prædicantes
2. Re. 1. 23. Mar 16. 15. Evangelium omni Creaturæ; pacemque cunctis annunciantes: Angulus non ſit Orbis, quem ipſa hæc Pacis veſtræ effugiat nunciatio:) perſpicuum planè eſt, inficias ire non poſſe nec Ipſos quidem Vituperones, Mundi Animam, vero ſanoq; titulo, Propagatorem ipſum, ac Fundatorem Tantæ Societatis Ignatium poſſe adnominari *b c* Sicut enim Anima, parvum Mundum informans, vegetat; vividum ſervans, atque florentem: ità pari methodo, Magnus per Ignatium colluſtratus & illuſtratus; & recreatur plurimùm, & refloreſcit, vegetatus omninò. Quod niſi Animæ partes exequeretur, Qui Orbi penitùs Univerſo per membra, beneficentiam omnimodam affert; ut

a *Ribad. lib. 2 c 17. Lancic. opuſc. 17. cap. 3. Engelgr. §. 8. initio Ser. de S. Ignat. Dam. Syn. ann. 1539. pranar.* b *Id. Dam. ubi ſup. & ann. 1540. initio.* c *Rayn. in Ign. punct. 4.*

ut quid contingeret Orbi, quod protestamur? Prætérivit nec nè Quemquam adhùc;nè Regionem Provinciamque dixerim in communi; Ignatii opitulatio prompta; Qui Ethnicis, & Paganis, Fidelibus, & Infidelibus, Hæreticis, & Catholicis, cæterisque humanitatem ubique vestientibus, naviter adeò operam suam impendit; omnibus oppidò omnia factus, ut omnes penitus lucrifaceret Christo, quos Christus ipse sanguine fuso redemit? Dum ergò Animæ vices sustinens, Animæ recepe- rat Activitatem Loyola;non poterat sanè, eodem studio,pro Universis omninò, ac pro singulis satagere fatigatus. Animæ eà propter ad instar, singulos fovens, & Universos; Universis tale studium impendebat, ut crederetur singulis non posse satisfacere Solus: singulis verò operam suam adeò navabat impensè, ut nihil præthereà, in quo laboraret,ei superesse vindicaretur: ab omnibus interim Tutor omniùm vindicatus & Curator à Domino constitutus. 1.Cor.9.22

Ast mirum porrò modò nobis occurrit! quod cùm tantarum Gentium cœnositate haudquàquam abstinuisset momentò, Qui Animæ, ut prædiximus, partes agebat; cùm Hæreticis, Judæis, Paganis, Idolatris, Fœneratoribus, Scortatoribus, omnisq; spurciciei fœce inquinatis agens quotidiè, ut Errantes reduceret ad ovile;conclusurus Ipse Unus in rete,quos rete ipsum diffugerat,nauseatum: quidquam nihilominus ex tantarum cœnositatum colluvie sibi affricuerit aliquandò; quin imò intemeratam semper, semperque nitentem,incontaminatamque Animæ retinuerit Pueritatem? Ego quidem id pluris æstimo, quam si millenorum millium patratorem expendissem miraculorum. Ergo consurget ille, urgens ex latere, Ergò miracula desiderantur omninò in Anima Mundi Loyola. Quid est quod audio?miracula Ignatio defuere? Utinā in Aratrum modò mitterem manum. Utinam nunc exciperem penicillum, exculpturus ut antè. Utinam mox descenderem in Arenam, dimicaturus. Utinam vastissimam hanc Provinciam iteratò subirem: Utinam in Oceanum jam jam navigaturus intrarem: sed & parum mihi quidem esset id omne, nè novis modò laboribus colla subiicerem. Oh utinam non commonerer oraculo (quod Aliis aliò conculcavi Præceptor factus) cujus præcepto vincior alligatus: in medio magatorum non Luc. 9.62. Eccl.32.13 11. 8.

præ-

præsumas, & ubi sunt Senes non loquaris; nec adiicias ultrà loqui, pauca locutus: quoniam, Quem omni prorsùs virtute non ambigimus affluisse: (vitam enim Virtutes dirigunt, ut laudetur) eò possem, ex innumeris patratis miraculis, mirabilibus, ac portentis, efferre sublimiùs, eòque præ Cæteris altiùs elevare; quò & mens ipsa & captus hominis captum & mentem attollere non valerent. At necesse habeo obmutescere Pusio, blateransque silere Puerulus, ubi Gigantes vnius, & exsterni sæculi adsunt Stupentes; nisi melius fortè dixerim: ubi Gigantibus ipsis Hujus Alteriusque sæculi, in signum attingere non est datum. Quid planè loquetur indoctus, quid Blaterans exequeretur ineloquenter, ubi tot fantur Eloquentissimi, fandoque defatigantur Scriptores? in medio itaque Seniorum ac Magnatorum, non adiiciam loqui: hoc uno tantùm cùm Ignatii Beatissimi, tùm Patriarcharum Cæterorum concludere contentus margine fastus: Loyolam ipsum uti virtutes singulas, singulosque earum actus sublimiter adeò excoluisse non dubium, ut hæreat adhuc Mundus, an altiùs Quisquam per harum gradus potuerit ac sublimiùs conscendere Vivens: ità pari themate, mirabilia tot patrasse, ut revocetur in dubium an Alter sibi similis Patrator miraculorum inveniatur. Omnia siquidem Societatis, ejusque Militantium Acta, miraculis esse vendicanda, uti & miraculorum maximum ipsissimam esse Societatem, affirmare non ambigo: prudenti posthæc silentio commissurus præclariora tot facinora, totque miracula sublimiora, quibus Ignatiani tot millium clarissimi micuere; Quos inter (ubi miracula desiderentur omninò raptìm dabo millena) Xaverius unus tot liquidò egit miracula, quot Idololatras (Judicium repetens Augustini *a*) convertit ad fidem, quotque Infideles ad ovile reduxit Quæstor optimus Animarū. Bozio enim teste, *b* Tāti sunt, ut numerari nō possint arenę maris ad distar: undè & ait: Universi prorsùs Hęretici, ab Ecclesiæ cōstitutione, per annos mille quingentos & amplius, haud tantas ad suas hæreses Gentes traduxere, quot Xaverius unus ad Christi cultum Animas deviatas. Numera stellas, si potes; arenas numera maris: conversos per Xaverium; miracula

Gen. 15. 5. 2. Reg. 17. 11.

a *August. ubi supra tract. 72. in Ioannem.* b *Bozius de sign Ecclesia lib. 6. cap. 3.*

la per Ignatium (Igne operante Divinitatis) non numerabis omninò. Scio autem, Vos non latere: Gloriam Patris esse Filium Sapientem; Discipulumque egregiè doctum, Ornamentum magistri. Scio item nec Vos, nec Quemquam Oculatorum inficias ire, Parentis Ignatii Fœtum esse Societatem; (nisi velimus omnes fateri, Jesu Christi Parentis omnium maximi Cœtum esse Militantium ope propria aggregatùm; Ignatioque traditum Vexillifero:) Societatisque Filios & Xaverium & tot Sanctos Cæteros esse, Quorum opera & labore Mundus fatiscens est renovatus. In quod ergò non Ignavus collimo; ex vobis ipsis expendite Oculati; id idem trutina per ocium pensitantes, quod ex nobis spatia per dierum non brevia iàm appendimus in statera. Ipse interim fessum necessitans Lassus: quietem Defatigatus anhælans, (nè defatigem posthàc plurimùm, Quos in ipsa patientia probavi defatigatos) Societatis magni Excitatoris Ignatii munia veneratus excepta; mirabiliaque ex virtutibus tùm maximè proceden tia admiratus; nunc iterum, ex ingentibus tantis, cum Pontifice stupefactus, prostratus ajo: DIGITUS DEI EST HIC. Non humana quidem, Quę audivimus sunt, Quæquæ vidimus; sed Divina. Non est Homo, Qui tanta hæc operatur; sed Ipse Deus: Qui brachio virtutis suæ congregavit dispersos Israel; ut Israelem Salvaret. Dei porrò Digitus est hic, ad tanta prævalens; non Humanæ Opus fragilitatis, ex qua prævalet nihil. Si ergò Dei: quis Hominum Grandia mentietur Divinitatis? Sileat itàque lingua; mens stupeat; miretur pugilis Homo; Dei Fortitudine operante: nec adiiciat loqui, ubi materia vocis organa opprimit potius quàm relaxet. Parcat interim mihi quæso, Vexillifer Christi invictissimè, Ignati Sanctissime Patriarcha, tua Bonitas ac Benignitas, parcere Temerariis consueta: dum Dei exculpta digito, glabro peniculo, ore cœnoso, tua ausus sum facinora, Aggregatæque novæ Societatis adminicula adumbraræ. Confitenti, seque humilianti plurimùm ignoscas deprecor, Pater; tuoquæ æstuanti igne (Qui Ignis es à Deo illatus) in torpenti pectore meo ignem accende: meque indigum pariter & indignum, in Clientem posthàc ascisce: parvulumque hunc fœtum meum informem (Tuum porrò; ubi oculatior ac Prudentior: Vestrumque omnium

Prov. 13. 1.

Isai. 56 8.

nium dicerem, Sanctissimi Patriarchæ, quorum gratia fœtus eluxit) ignito tuo gladio, nè Vituperonum malignetur cœnositate, geluque Malignantium corrumpatur, promptus tuere: ac tandem quò Tu infaticabilis Operarius vineæ, Miles indefessus Magni Principis Christi, Invictusq; Victricis Societatis Vexillifer, dimicans ac laborans, annis natus 65. Deo renatus 36. ex Homine autem redempto, mundoq; reparato *a* nascente Christo 1556. fœliciter pervenisti; fac me etiã tuis precibus meritisque post navigationem pertingere, pervenire post incolatum: ut unà tecum, Cœlitibus copulati, unisonè collaudemus eundem Dominum nostrum Jesum Christum; Qui cum Patre & Spiritu Sancto unus est Deus, unus est Dominus, unus est æternaliter omnia regens, superque omnia regnans, in sæcula sæculorum: Amen.

SANCTISSIMÆ TRINITATI laus: Cui Me, meaque pariter omnia, dicta, scripta, atq; prolata subiicio pronus; Indicioq; nostræ Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ parens submitto: promptus semper palinodiam canere; ubi, Ejus menti (quod absit) comprehenderer contraire. CIↃ.



AP-

a *Engelgr. cum cæteris vit. Ign.*



APPENDIX

PRO VISITATIONIBVS REGVLARIVM,

Vt Visitationes ubique inter Regulares refloreant, nè depereant Instituta.

REV.^{MO} P. D. NICOLAO

MARIAE MARTIANO

Provinciæ Neap. Visitatori: Priori Cartusiæ S. Laurentii, propè Padulam: utili Dom. Terræ ejusdem; itemque Casalis novi, & Montis Sani: Abbati mitrato, & Ordin: Ecclesiarum Cadossæ; Sanctorumq; Basilii, & Demetrii.

IMPRESSIO SECVNDA.

Accuratius recognita, expurgata, puritatique deperditæ restituta.



Omnia probate; quod Bonum est, tenete.

1. Ad Thessal. 5. 21.



Nguftiis Videns quondam agitabatur Ezec hiel, fratribus nunciare, quidquid velo jam relevato, revelare debuerat ex præcepto : Fili hominis, audies de ore meo verbum, quod annunciabis eis ex me. Fortitudinem tamen induit, & vigorem (pusillanimis factus licet fuerit ex commissis) confortatus præsentia Roborantis; Præcipientisque Principis munimine roboratus. Auderem ergò imbellis ipse, organa tenuissimæ vocis pulsare balbus; nisi Principantis obedientia fretus, qua fari cogor, inscitus, quæ in ipso ore meo insanissimo immissurus est Legifer sapiẽtissimus verba sua ? Hui ridiculus pusio ! verè ab heri & nudius tertius, quo jussionem Principis sum expertus, longè impeditior sum effectus Oratore illo disertissimo, qui dicebat: Mitte quem missurus es: impeditioris enim, ac tardioris linguæ sum. At æstuo pavidus ad mandatum: Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. Aperi os tuum, & implebo illud. Os quippe, qui mutum aperuit, disertasque linguas Qui fecit Infantium; Hic tecum erit; Hujusque in te loquetur spiritus principalis: revelaturus Arcana, quæ puro nusquam liceret homini loqui. Perge ergò velociter, nec dicas : Puer egò sum: quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis ; & quæcunque mandavero tibi, loqueris.

Ezech. 3. 17.
Psal. 92. 1.
Matth. 10. 20.
Exod. 4 10 14. 11.
Exod. 4. 12
Ps. 18. 11.
Sap. 10 21.
Exod. 3. 12
Ps. 50. 20.
Matth 19. 20.
2. Co. 12. 4.
Act. 12. 7.
Jerem. 17.
4. Reg. 4. 4.
Ps. 143. 7.

Sit Ipse igitur, Qui perficiat, quod occœpit: Me vasa tantùm præbente vacua; quibus aqua jam profundenda, immittetur ex alto :. Vos interim : OMNIA PROBATE : QUOD BO-

1. Thess. 5. 21 BONUM EST, TENETE.

Gen 37. 19 20. Ecce somniator venit, (ajebant, Fratres quodam tempore irrisores, ad despecti Pueri occurrentis aspectum:) Ecce somniator venit: Videamus, an prosint illi somnia sua. Ast benè, Deo gratias, illis omnia; dante Deo: mala licet loquuti fuerint, fante carne. Nunc autem Somniator novus apparens; insanientis simplicitatem eò esse despectius (haud inficias ibi-
Job 12. 4. mus) deridendam; (loquens ex Patiente) quò Despectior illo. At nè citò irascatur quæso indignatio vestra in Quem nec dolum unquam, nec aliquando commotionem experiemini; unde turbatio. Non enim in commotione Dominus; ex quo ipsissima verba mea: dum post commotionem ignis: quem non
3. Reg. 19. 11. 12. experior: sed nec in igne Dominus, quo non accendor: quin potius in sibilo auræ tenuis; ex qua quæ ad pacis omnia, quæve conferre possunt ad unitatem, gaudentes modò forsan exhaurietis, non conturbati

Quid autẽ ex tantis, quibus, & constat Orbis ipse Regulares noster, & floret, in statera justi nunc appendemus; quod & novitatẽ sapiat; & novũ omninò in Orbe jam antiquissimo non inducat? An non veraciter totũ optimũ, quod conclusum jam per tot sæcula in orbiculatis nostrũ omniũ Codicibus asservamus? Novimus porrò ex phantasticis Poetarum methodis: (at non ingratè ad sensum nostrum) novimus inquam, tunc inexpertum Phœtontem juvenem corruisse, *a* cùm lustratam jam per millena tot lustra Parentis sapientissimi Zonam, declinare Auriga novus pertentaret audacter. Quid ergò nobis; ubi vel minimùm Novatores comprehendamur? Perculsi, super temeritate, ruemus. Nil ergo boni, quidquid revelabitur novi. Nil
2. Reg. 6. 7. novum oppidò: & tamen bonum, ubi noverimus novum.

Antiquissimum in Orbe morem comprehendimus Regularem, Provincias collustrandi; dum lege sanciente, visitatio cunctis Domibus præcipitur ex statutis. Quali igitur fortiori ultrò ligamine detinemur, nè severissimum tantæ necessitatis præceptum, oculatissimi Vindices, impleamus? Novimus planè (quod & tristes commemoramus) Domos quasdam
Jere. 1. 11. per integrũ penè decennium Visitantium oculis caruisse; Vigilantique virga frustratas esse. Alias visitatione fraudatas, tur-

a *Ovid. 3. fastor.*

turbati exegimus per sexennium. Innumeras quinquenniò, vel minimùm quadrienniò, penitus advertimus collustratas. Bone Deus! Qui exindè adversi non comprehendimus, Aggravati? Ubique convulsiones: ex omni parte dissidia: Undique clamitationes, conquestus, Voces; Curiam, Papam ipsum, & Cardinales Suscitantium ad vindictam. Totum autem ex Malis: nam Bonis omnia cooperantur in bonum. Hinc bella; hinc Succensorum ignes, hinc Fratrum jurgia decertantium; illic diffidentium infensa discrimina cunctis gravia. Pastor dormit (utinam quies non conferret ad somnum! Ut quid enim Regens non dormiet; expergefactus à Terrente nullo; ob longæ Pacis in tempore constitutus?) Pastor dormit: dormitant Excubitores: tuba non clangitur, Inimicorum circujentium ad terrorem: An non Gregis Custodia dissipabitur; Luporum interim ad disperdendum, vigilante rapacitate? Audaciam, Nulli dubium, pusillanimitas auget; dum fugat audaciores ipsos humilitas insequentium: protestante Plinio *a* de Crocodylo, ex quo terror: Terribilem hanc contra fugaces Belluam esse; fugacem contra insequentes; audacia prostituta. Quis autem non esset audax, rapax natura; custodum incuria præsentita? Ubi sal ipsum infatuabitur, in quo amabò salietur? Dum virga vigilans comprehenditur oscitare; vigilabunt ne forsan ipsi Dormientes in somno pacis? En Leo rugiens, inimicus noster Diabolus, Circuit, quærens interdiù quem devoret; non Somnolentum tantùm, sed Vigilantem, & Oculatum: an non Cæcutientem devorabit, & Oscitantem? Absorbebit quidem & currentia ipsa flumina, ubi posset; ex Jobo: non miraturus omninò, quod influat Jordanis in os ejus: (contradicentis defectu:) & non deglutiet, Voracissimus, haustu uno placidiores rivulos, ubi se se haud penitus defendentes comprehenderit voce grandi; Proh dolor! Æstuo, constitutus in agonia. Quis tanta per Orbem fovit dissidia? Quis tumultos tantos exegit? Bella tot Populorum civilia undè jam processerunt? Inextinguibiles ignes tanti ex quo creverunt? Hei mihi! Ecce quantus ignis (Tonitrui primus Natus ajebat) quam magnam sylvam incendit? Qua matre, quo Parente tot flagitia prodiere? Intestinæ convulsiones tantæ quo emer-

Rom. 8. 28
Matt. 5. 13.
Jere. 1. 11.
1 Thes 5. 7
1. Petr. 5. 8.
Job. 40. 18.
Luc. 22. 44.
Jac. 3. 5.

a *Plin. nat. nat. l. 8. 25.*

emerserunt Fonte? Qua radice virulenti tot Stirpites pullularunt? Inundantes tot aquarum torrentes, quo gurgite, ad orbis manavare dispersionem? Sunt libri, leguntur; verba Hipponensis Episcopi mutuata. *a* Sumus apertius in probatis. Vel Dexteræ porrò prohibentis inopia; vel Oculi collustrantis defectione. Ast libamine non contēti; taciti post scripturas pedetentim progrediamur, ut illustremur. Cecidit Protoplastus, quo cadente, ruimus omnes; *b* dotibus, & gratia spoliatus ori-
Eccl. 7. 30. ginali; (fecit enim Deus hominem rectum; ex Sapiente:) in pœnam (nullus ambigat) quod gradus penitus omnes, actusq;
Genes. 3. 1. singulos Sponsæ non lustraverit oculatus Hanc enim ubi Deceptor solam alloquitur, absque Arbitro, sine Judice, absque Comite viro: (proh dolor!) *mortiferum in venas figit per vulnera virus*: quo Totam infecit; totam miserabiliter sauciavit; perpetua totam profligatione prostavit: undè nexum voluntate contraxit, misera, quo & vinxit Primum; (nè enim suas delicias contristaret: ex Augustino; *c* resistere non valuit, jam
Gene. 7. 21 ligatus) & posteritas Primi ejusdem Hominis tota nusquam
23. in posterum est soluta. Soluta est diluvio omnis caro, Carne solius perstante Noè, ad suscitandam hominis prolem: dum
8. 2.
6. 11. Homines tempestate illa, qua irruit tempestas ex cataractis, pervigili suorum Actuum perscrutatioue neglecta, non invi-
Gén. 19. 24 sebant, Cœci, nisi quæ spurciciem sapiebant humanitatis. Hu-
Psal. 10 6. manitatis porrò Animam quisque spirans in Sodomis deglu-
Gen. 19. 23 titur ab igne, omnisque Gomorrhæ pulchritudo ab sulphure,
5.
19. spiritu procellarum, igneque ipso devorante vastatur: visitato
6. Loth evadēte: dum Cives miseri, visitatione securi (utinam vi-
Job. 1. 19. sitari digni essent inventi!) non nisi fluxæ Carnis saginaban-
Matt. 2. 18. tur carnalitate. Carnem ploravit Jobus, & sanguinem Con-
Job. 1. 19. vivantium occisorum, (En Rachel Altera, plorans filios suos, nolens consolari, quia non sunt:) omni penitus super ipsum irruente calamitate, ubi domatis super Natos contriti anguli corruere. Quis autem scit, an illos Orbus hic aliquandò neglexerit visitare? Ibant illi porrò, & convivebant, (notate
1. 4. textum, sensum expendite, ubi lubet:) convivia ipsa instruentes per domos, Unusquisque in die suo: Hic vero non ibat quidem

a *Aug. 139. de temp.* b *Leo P. P. 3. de Nat.* c *August. super Genes. ad lit.*

dem (ut legimus) acta Filiorum singula lustraturus: sed convivii, per capita singula, diebus expletis, mittebat ad Eos Ipse. Utinam isset! utinam bacchantes filios personaliter visitasset: forsan domus illa non corruisset: opera, opeque Diaboli comminuta. Procidit cęcus Israel, ante Baal; mani- Rom. 11 4.
bus sculptile fabricatum adorans: (hui miserabilis casus! Qui Exod. 32. 8
nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.) ascendente Ps. 105. 9.
Thr 4. 5.
ad Montem visionis interim Gubernatore Mose; Principantis Exod. 32. 1
nè contrairet pręcepto: quo subditorum fines, (ut moris erat) 24. 1.
per dies lustrare non potuerat, Impeditus. David, Salomon, Jud 16 9.
Samson, Cæterique his similibus Viri fortes, & sapientes (nul- 3. Re. 3. 12.
lusquippè Samsone fortior; Salomone sapientior nullus; (lo- & 4. 31.
qnentes verba scripturæ) Davide nullus præstantior apud Or- Act. 13. 22.
bem:) corruissent fortassis firmissimæ Bases tot, & Columnæ, ubì suæ fragilitatis inquisitioni spatia per dierum non pepercissent? Consulite sapientes: non Inquisitor veni, sed Revelator. OMNIA PROBATE, QUOD BONUM EST TENETE. 1. Thess. 5. 21.
Cecidit, cecidit Babylon (collachrymantes quæso Vatem audite) quoniam Hi, qui vigilare debuerant, dormierunt. Ah! Isai. 21. 9. Mat. 26. 41
quantos decepit somnus? Vigilemus itaque, & oremus; ut non intremus intentationem. Profligatus est Israel; dum stupidi Isai. 56. 10.
Speculatores ejus effecti, noctis excubias Somnolenti non perfecerunt. Hyerusalem miserabiliter est prostrata; eò quod Principes, Sacerdotes, atque Doctores ejus; quinimo, & ipsissimi met Prophetæ vaniloquis dediti, & vera non annuncia- Jerem. 2. 8. Isai. 9. 15.
runt Eidem: verba Singuli prophetantes mendacii; (ut Verus Jere. 14. 14
ille loquutus est aliquandò) & strictæ Visitationis, perquisi- The. 2. 28.
tionisque præceptæ metham destituere. 14.

Quid plura? Fila priùs quàm deficerent constipata, deficeret omnis Caro; dum omnis Caro fœnum; inconstantius filo: 4. 13.
Nosque ultrà positos columnarum terminos progrederemur; (ibi enim dicitur. Non plus ultrà: *a*) si Mortalibus dari posset processio in immensum. Sat est signasse. OMNIA PROBATE, 1. Thess. 5.
QUOD BONUM EST TENETE: Tenentes interim ex Cor- 21.
datis; quod diù Nullus perstabit omninò, signatus licet sit omni dote; nullibi Mundus integer permanebit, absque Visitatore. Noverant porrò sensum ipsissimum trutinatum ex vero,

a *Turs hist. Mundi in Cortes.*

Ps. 105. 4. ro, Qui grandi clamitabant voce: Visita nos Domine in salutari tuo. Sed & præsenserat quidē optimè ejuscemodi Visitationis effectus, qui ubì nocte tantummodo visitatus; probatus
Ps. 16. 3. pariter, igneq; examinatus evadens, ut præluceret: factus indè ardentior, libamine prægustato, luceque jam conquisita,
Isai. 9 2. dante Visitatore Cæterorum in umbra haud oblitus, pronus supplicabat pro Cunctis: Intende ad Visitandas omnes gen-
Psal 58 6. tes: Vide Domine quæso, vide, & Visita vineam istam; qui pau-
79. 15. lulùm, ut Visitasti Terram; & vino eam tuæ lętitiæ statim ine-
64. 10. briasti, & multiplicans illi copiosiùs benefacere, multiplica-
Heb. 8. 14. sti locupletare Eam, Profusus Rector.

Visitationis ergò necessitudinem comprehendimus non ingratè: cadet nè iterum sub incuria? Ipsi viderint, Qui librare venerunt Orbem. Ipse verò quæ major, dicam, probatio: quęvè evidentior propalatio Veritatis, ipsissima illa, qua erudimur ex fide: (sub eadem Visitationis necessitate perstricti) nus-
Isa. 9. 2. quam orbum Orbem è regione umbræ mortis, pariterque tenebris, quibus tot fuerat sæculis miserabiliter consepultus; fuisse in posterum relevatum: nisi, decreto apud Triadis Curiam
Luc. 7. 13. Visitationis expleto; (quod fuit idealitér ab initio; ut Theologica paucula verba loquamur: *a*) Oriens ipse Deus Mundum hunc tenebrosum, misericordia motus, Visitasset ex Alto? Versamur singuli in patentibus: Lumen est omne, quod manifesta-
Ephe. 5 13 tur: ex Paulo. Benedictus Dominus Deus Israel (Hoc Muto,
Luc. 1. 67. Expeditior nullus; Nullus veracior hoc Propheta) & prophe-
68. tavit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia Visitavit, & fecit Redemptionem plebis suæ. Signate verba; notate miracula; *b* expenso sensu, per ipsa libramina veritatis. Visita-
Luc. 1. vit, & fecit Redemptionem. Dum enim Oriens Visitavit ex
78. Alto: Redemptionem in imo, ex visceribus Misericordiæ suæ,
Mat. 15. 14 Pientissimus miserator explevit. Ergò non perfecisset omninò (nullus mihi Cœcus ducatum præstans; cœcus claudicans non errabo; imò nec claudicabo quidem in cęcitate; expeditos ubi Oculatorum Patrum prosequor gradus: *c. d. e.*) non perfecisset inquam omninò, jam exactam ex visitatione Redem-

a *Suar. in 3 D. Tho. qu. 1. & 2.* b *Aug. 21. de Civit. Dei.* c *Basil. in illud Psal. 48. Frater non redimit. &c.* d *Fulgent. de Incarnat. & gratia cap. 4.* e *Athanas. libr. de Incar. Verbi, initio.*

demptionem, ubi ipsissimæ Visitationi (non Necessitatus tamen, non Impulsus, non Cöarctatus, sed voluntate Præfixus in hoc decreto a) Personam Ipse suam non præsignasset. Benedictus Dominus Deus Israel, quia Visitavit, & fecit Redemtionem plebis suæ. Sat est oppidò: Testibus non indigemus valentioribus ad vincendum; vindicata sustinentes per Veritatem. OMNIA PROBATE, QUOD BONUM EST TENETE. Matth. 26. 65.

In stupiditate permanebimus ergò? (Liceat mihi dicere, quod non Ego: non Vos estis, qui loquimini.) Ergò non resipiscemus; expergefacti? Quis Visitationem adhùc respuat; ex Visitatione reficiendus? Reficit porrò; refovet, renovat, solidat, roborat, cuncta perficit Visitatio. Nolo autem longiùs peragrare: ut quid enim tota die versabimur in anfractis: domesticos parietes Alloquentes? Relevemus amabò omne velum ex Templo; ut revelatè pateant interiora omnia ad extremũ. Habet fortasse Prior (supponimus per hypotesim, quod non credimus: longè absit enim à Regularibus omne dolum:) habet fortasse Prior Aliquulos sibi commissos subditos cervicantes, discolos, mente corruptos, reprobos circa Religionem, malèque in observantiam Regularem consentientes. Ex tantis, quid autem pejus? Garrulos, scriptitores, vociferantes, elatos; Elingues pro Cœteris omni tempore; cunctis diebus pro se linguaces: malè tractantes Verbũ ipsissimum Veritatis. Quid ni, erunt autem infirmi? Utinam: dum infirmitas, vires nonnunquam scindir, & voces. Planè cunctis Robustiores; sustentaculis ultrò fortissimis communiti; Patronis amplissimè Potentissimis roborati; omnique robustiori pedamine, præ cæteris, circumsepti. Deus misericordiam suam tecum operetur, Placide Pastor, habens quæ erodas duriora. Quid aget interim inter anfractus positus; Constitutus hic Regens in agonia? Fortitudinem induat, & rigorem; dura loquatur; furat, castiget, arguat, increpet, verberet, in virga severa corrigat, flagellet scorpionibus Obduratos. Att perturbati novimus, flagellanti Roböam, quid evenerit. Non nisi semper, ex durioribus, asperiora exigit desperatio. Ablienationem porrò undecim Tribuum furens juvenis est expertus: usus Consilio juniorum. Roget ergò vexatus Pastor; hortetur mitis; in sibilo auræ

Matth. 10. 20. 2. Tim. 2, 15. Genes 43. 30. Luc. 22. 44. 2. Tim. 4. 2. 3. Reg. 12. 14. 16. 3. Reg. 12. 13. 19. 12. Prov. 26. 5.

a D. Thom. 3. p. q. 1. art. 2.

auræ tenuis susurret placida Insensatis;(non respondeas stul-
Prou.26.5 to juxtà stultitiam suam; ajebat sapiens:) mella perfundat ubique: si fortè ex placidioribus Ipsi resipiscant Ingrati. Utinam,& non Obduratiores evaderent, ex mellitis. Utinam non Effrenatiores fierent, Qui adhùc liberi discurrebant, & dissoluti. Jura autem regiminis, (Gregorio Judice *a*) citò dissolvuntur, ac pereunt; Prælato cum delinquentibus effecto
Luc.18.41 pacatiore. Quid itaque tibi vis faciam,Bone Rector?

Perfer, & obdura; labor hic tibi proderit olim:
Sepè tulit Fessis succus amarus opem. ajebat ille. *b*

2.Tim. 2. 10. Illum propterea sequere,qui dicebat: Omnia sustineo propter Electos:(Nos autem,& modò dicimus propter discolos:) ut ex ipsa patientia coroneris. Sed heu! Quanti ex his in pejus omninò progressi sunt; Prælatorum patientia conculcata? Itaque omni tandèm seposito mellis favo: Aculeum ultrò pungentissimum acuat ad extremum; robustiora induat; im-
1. Esdr. 8. 22. ploret auxilium à Potente; Dexteramque ab Habente potestatem exquirat; ut in brachio indè virtutis,ac fortitudinis, ma-
Isai.62.8. xillas conterat Jumentorum. Proiiciat,expellet,ventilet,deiiciat, eradicet;corruptumque eradicatum lolium separet à fru-
1.Co.6.12. mento. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; Egregius Doctor ille dicebat. Quid fiet inde? Vel Incorrigibiles evadent, tantis importabilibus castigati: vel ad vindictam concitabunt Potentiores, qui miserabilium facillimè miserentur: vel Orbem confundent totum, vocibus cunctos undique ob-
Eccl 1. 15. strepentibus obtundentes. Perversi quippè difficilè corriguntur. Ideòque sivè castigati proiiciantur in mare; sivè relegentur in Insulas condemnati;sivè in desertum prosternantur cõcisi; sivè perfossi prostituantur, ac vulnerati: non nisi semper
Ps.105.26. in pejus, Qui ejusmodi sunt, progredientur Irati. Undè ergò remedium? Quis illos compescet ergo? Quis puniet; quis franget; quis coercebit Exacerbatos;nè in immensum effrænescant
Ps.82.17. incastigati? Imple facies eorum ignominia (Nullus Psalte sapientior hac in cura) imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Sed qualis hęc ignominia, quæ nec Exacerbatos Ipsos acriùs exasperet,ob rigorem: nec ex simplicitate plurimùm vilescat apud Rebelles? Ex Revelante totum

a *Gregor.in Pastor*, b *Martialis.*

tum exequimur in candore. En præcipua (Patres) Prævaricantium maxillarum constrinctio: en Discolorum sensibilior ignominia: hæc potissima planè punitio: Visitatio. Novimus ipsum David multos percurrisse menses impœnitentem; tùmque tandèm contritum resipuisse, (ad quod & Potentia Regnorum omnis extitisset imbellis) ubi primùm revelationum facinorum sibi publicam, confusionemque orituram exindè, comminans Propheta Natan prænunciaret apertè: Tu fecisti, dicens, abscondidè; Ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. Dixit autem David: peccavi Domino. Timor quippè revelandarum ignominiarum in publico; facinorumque propalandorum in faciem Solis, severaque posthæc flagellatione, coram omni Populo, castigandorum: tibias Inflexorum non nisi certò corrigit, absque manu. Imple facies eorum ignominia (remedium repetat Cythaædus) & quęrent nomen tuum Domine. Ps. 31. 9. Nierimb. Div. p. 2. 2. Reg. 12. 12. 13.

Per immissum ergò in venas judicii imminentis timorem, Qui effrænabant in placidis: Qui ex severioribus accendebantur igniti; subita mutatione, perculsi confusione, quiescent; in viamque justitiæ, & veritatis, Regularisq; observantiæ, qua exciderant, brevì reducentur humiliati. Hæ methamorphoses porrò Visitationis exactæ. Hæc Virgæ Vigilantis ad Visitandū inaudita miracula. Hęc Potentia: Visitatio. Non est quidē ad unū usquè, qui nō revereatur, confusus ex potestate. Intimetur imminens Visitatio Discolis, Immorigeratis, Linguacibus; compescent pacati statim linguas & corda; timore perteriti, nè signentur. Currunt forsan Officiales aliquot altiores, non viam mandatorum illam, quam Psaltes, Principantis ordinationibus subjugatus: sed liberæ voluntatis iter, per quod durities propria Cervicantes conducit miserabiliter fascinatos. Timet Prælatus illos vel per somnium conturbare; nè turbetur & Domus, commotis illis; laboratque interim sustinens, ut non incidat in pejora. Non laudandus quidem est Usus; non Actus exagerandus, bonus licet in voluntate: Ast miserabilis Status! Abscindatur citò de monte lapis, (Visitatio Regularis) percutiatque Erecti Simulachri in pedibus ferreis, & fictilibus: statim Elata Statua prosternetur: tunc contrita sunt pariter (notat textus, quod ipse prosequor) ferrum, testa, Psal. 13. 2. 1. Re. 31. 4. Ps. 118. 32. Jer. c. 6. 11. Dan. 2. 33. 34. 35.

æs,

æs, argentum, & aurum,(hui lapilli hujus potentia?)& reducta quasi in favillam æstivæ areæ. Humiliato autem pervio discurrente Grege, relevabitur Pastor. Sint Seniores in Domo, eò cæteris importabiliores omninò, quò Grandiores: multa, ex annis multiplicatis (non anni porrò, sed annorum bonitas numeranda: *a*) sibi ipsis indebitè suprà cæteros, indulgentes. Quales habebit Rector ad tantos portandos Viros, vires exactas; Qui & voculam fortè unam ergà illos emittere non
1.Tim. 5.1 est potens? Monitu Apostolico fulciuntur: seniorem nè increpaveris; sed obsecra ut Patrem. At malè ad sensum suum: bonũ licet Apostoli sit effatũ. Ubi enim rogati semper; nullate-
Ps. 68. 27. nus increpati, omniq; prorsus tempore, graves licet, super dolorem vulnerum tolerati; magis magisq; in ipsis suis conturbantibus indulgentiis insolescant: an non debebunt corripi voce grandi, actuque increpari validiori: habeant pro se licet Apostolum, præcipientem dixerim; nè tantummodò commonentem? Expectabit tamen non impatiens, Rector ipse, usq; ad
Apo. 12. 14 tempus & tempus & dimidium temporis; Visitationi nempè
1. Cor 7. 27 præfixum: (tempus enim breve erit, ubi ut plurimùm bienna-
Job. 76 23. le: citius quippè aqua ipsa dilabitur omne tempus:) Eos, ut
2. Reg. 14. potest melius, portans patiens inter ulnas: indèque posito
Luc. 2. 28. Tribunali; igni Expositos, publicèque examinatos; omni
Psal. 16. 3. exutos scoria brevi experietur; ita ut omninò tractabiliores
Isai. 1. 25. evadant, ac flexiores: eruntque, Domino cooperante, omnes
Marc. 16. 20. indè docibiles Dei, qui signabantur antè indociles ad com-
Joan. 6. 45. munia. Sint Pastori infensæ plurimùm Oves: sitque vel Pastor ipse (quod Deus avertat) Ovibus sibi subditis infestissimus: inter septa quæso domestica ad invicem se contineant subsignati (quod quidem nusquam eveniet, dum vel à Subditis ipsis, vel à Prælato certa mox Visitatio insperatur:) donèc ponantur
Dan. 7. 9. Throni (methodum habemus ex Daniele) Antiquusque ille
Ezec. 1 18. dierum (quem oculis plenum oculatus expendit Videns) judicium sedat, librique apetiantur; (liber scriptus proferetur, in quo totum continetur: *b*) ex quibus singuli in statera distri-
Dan 5. 27. cti judicii, strictique Judicis appendentur: Quique tunc minus
Ps. 108. 7. habens invenietur; judicatus exibit, & condemnatus.
Psal. 75. 3. Totus igitur Regularis Orbis quietus erit; totus in pace quiescet:

a *Kemp 2. de Imit.* b *Hymn. Dies illa.*

scet: (& factus est in pace locus ejus; ajebat Ille) Nullusque, Pſ.75.3.
extrà castra vocitabit omninò:vocibus in gutture Vociferan-
tium suffocatis:ubì per proximas Omni Plebi Visitationes,sese Pſal. 61. 9.
totum ex Integro cor effusuros Judicantium in conspectu,ipsi
sperabunt Exasperati: indèque,acto judicio, tribuendum uni- Rom. 2. 6.
cuique, quod suum est: judicium pro se quisque portaturus,si- 14. 12.
vè boni,sive mali, quod gesserit,apud Orbé.Ex Paulo totũ.Vos Ephes. 6. 8.
autem OMNIA PROBATE, QVOD BONVM EST TENETE. 1.Cor. 7. 7.

Porrò integri perstabimus, omnique tempore incorrupti;
nec incuria, vel injuria, sivè temporis edacitate corrosi,erimus
sicut Plerique macentes plurimùm, & distracti: Tu autem, Pſ.101.28.
idem ipse es,(auguratio felicissima Psaltis)& anni tui non de-
ficient: vividi permansuri semper, vegetesque pariter ac flo-
rentes,ad finem usquè dierum: ubi districtam præcepti hujus
observationem custodierimus impollutam. Cuncti quippè ad
bona singula operandum (pluris nobis Adverbia conferre,
quàm verba;docebat post Gersonem, *a* Bonaventura, *b* referen-
te Nigronio *c*) excitabuntur; tuba tamen excitante Visitato-
rum. Hac autem deficiente; lassi omnes deficient ex itinere;
dormientque somnum suum imperturbati. Inflexi quidem,
canente tuba, consurgent diluculò terrefacti; nè cum rubore
item pariter ac dolore publicè corrigantur: Erecti autem, ut
patenti jam appensi statera,laudentur;ex virtutibus, præmia-
ti. Dignus est enim operarius merceda sua. Unde ille. *d* Luc. 10. 7.

Oderunt peccare Boni, virtutis amore:
Oderunt peccare Mali, formidine pœna.

Ubì autem pœna non imponitur pro delicto:Virtus ubi nõ
præmiatur pro meritis: Quis ad bravium contendet impiger, Philip. 3.
in cursu semper perseverans exinanitus? Quis jugo sibi impo- 14.
sito colla submitset humilitatus? Vel Nullus fortè; vel Pauci. Matth. 11.
Nam & Paulus aliquandò:non coronabitur, (ajebat) nisi qui 29.
legitimè certaverit. Ergò post certamen ipsum; corona.Etiam 2.Tim. 2. 5.
præmiis talentisque, plenis manibus,Ipse item hortabatur ad
pugnam:si enim sustinebimus, & conregnabimus:repetente 2. Tim. 2.
iterum Christo: dignus est Operarius mercede sua. Euge serve 12.
fi- Luc. 10. 7.


---

a *Gerson.* & b *Bonavent.* c *Nigronium tract. ascet. tom. 1. de Cur. minim.* d *Iuven. Satir.*

preceptis Visitationibus nusquàm contigerit deflorari. Quin imò ausim dicere tandē: ex Visitatione Statuta; dum ex legibus statutariis, Visitatio. Hæc Somniator ex Revelante. Vos Patres interim, Senatores amplissimi, Oculatissimi Orbis Judices, ac Rectores: OMNIA PROBATE, QUOD BONUM EST TENETE.



Declamabat C.I.Ɔ



ERRATA CORRIGENDA
in Patriarchis.

QVis Hominum peccata diffugiet ex hominibus ? Peccant homines cuncti: peccat opdidò (& non rarò, nec leviter aliquandò) Typographia; etiam si plenus oculis sit Corrector: nisi sit Angelus Impressor ipse è superis impeccabilis accersitus: Non mirum ideò quin & in Patriarchis hisce, propriis non detentis, noevuli inveniantur Typographorum; ubi & in Angelis suis ipsis (scriptura judice) oculis plenus Iudex mundissimus reperit pravitatem. Non est porrò in terris Homo, qui non peccet & si dixerimus quod peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & Veritas in nobis non est. Confiteamur itaque maculas, ut maculis abluamur. En quæ novimus graviora in hac Corona (pro minoribus, quibus lector Homo compatietur, non tàm graviter sugillandi) Confessione diluimus, ut salvemur.

Fol.	Lin.	Dele.	Lege.
29.	33.	Preconium 2.	Preconiorum
37.	33.	Domicilum	Domicilium
43.	16.	Blaterantum	Blarerantium
45.	20.	Ministrum	Ministerium
87.	16.	nobictus.	noctibus
88.	13.	Romanaum	Romanarum
104.	25.	influens	inflans
118.	30.	viat	Viator
142.	25.	semulis	servulis
143.	17.	Lufer	Lucifer
144.	30.	virus	virtus
147.	10.	hoc utinam	oh utinam
218.	4.	habit	habuit
239.	38.	magatorum	Magnatorum
247.	3.	Qui	Quid

APO-

APOGRAPHA

RERVM NOTABILIVM.

D.

Di-

Fæ-

Lu-

M.

Q.

R.

S.

FINIS.



